

BARNABÆ
BRISSONII
IC. ET CONSILIARII
Regii

(2)

COMMENTARIUS IN L. DO-
minico, De spectaculis, in C. Theod. &
L. Omnes dies, Cod. Deferit.




BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORINI EMANUELE

PARISIIS,

Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM, in
monte D. Hilarij, sub scuto Britanniae.

M. DCV.

Cum Privilegio Regis.





VIRO CLARISS.

CHRISTOPHO- RO THVANO PARISIEN-

SIS CVRIAÆ PRIMICE-
rio præsidi, sacrique auditorii & consi-
storiis consiliario S.

SE R A gratulatio, VIR CLARISSIME
et quiori longe animo atque sera consola-
tio excipi solet. Nam hæc quidem nisi in
tempore, & in ipso molestiarum puncto
articuloque adhibetur, doloribus mede-
ri non potest; qui cum longitudine tem-
poris consenserint, ad eos leniendos cō-
paratam orationem qui tardius adferunt, aut curatoriam
vulneri remedia ferentes, ridiculos, aut vlcus commemo-
ratione refricando, molestos se præbent. Argumen-
to est scitum Augusti responsum, quo intempestuain Illeu-
sium consolationem elulit: vice quoque mutua dolere se te-
status, quod egregium ciuem Hætorem amisissent. Gratu-
lationis verò quantumuis tarda, alia causa est: quæ si delecta-
tionis minus, offendionis certè nunquam quicquam habet.
Quorsum hæc, inquies? Nimirum ut serius hæc ad te perla-
ta gratulatio tarditatis suæ vitiū probabili aliqua excusatio-
nis specie deprecetur. Annus enim iam agitur, ex quo eius,
quæcum recens tibi accesserat, dignitatis nomine gratulan-
di, nec voce modo, sed & scripto aliquo letitiæ meæ declara-
randæ, ingens me cupido incessit. Atque illud quidem mihi
cum yniuerso populo, iure latandum esse videbam, quod
ea in te ornamenta collata essent, quæ virtus tua & industria,
ingeniosq; præstantia suo quasi iure postulabant. Ipsaque adeo
mmi ij

fori nostri subsellia idem mecum gestire videbantur: quæ eū
ducem nausta essent, qui Herculis labores in forensi nostra
actogata militia adæquet. Nam quos ille in Augiæ stabulo
perpurgando & Hydræ subinde renascentibus capitibus ab-
scindendis exanlasse labores fertur, eosdem haud absimili
in genere abs te in litibus ex omni malitiarum colluione
natis secundis, ac iusto iudicio dirimendis, perpetua & infra-
cta animi contentione capi cottidie cernimus. Nec mino-
ra quam quæ illum exercuerunt monstra, tibi de-
pugnanda populare nostræ Galliæ cacoethes obiicit. Erat
ergo communis huius gaudii tibi testificandi non medio-
cris inflammatus ardor. Pungebant & me priuati mei
gau.iii sensus, quod ad id honoris fastigium prouectus
is esset, cuius eximum & singulare erga me studium offi-
ciis plurimis perspexisse. Itaque cum primum positus ar-
mis, publicè quies, & priuatimi mihi forensibus occupa-
tionibus festorum dierum beneficio otii vel tantillum con-
tigit, cessandum non ultra ratus, quicquid & integri, &
solidi & intercessi ac subsecui temporis corradi potuit, id
totum ad hoc opusculum contexendum, id est, ad officii
debiti significationem aliquam dandam contuli. Argumen-
tum porro & materiam scribendi ex ipsa dictum, in quib-
us otiani mihi dabatur, ratione sumpsi: nihil veritus ne
me facta prophanis miscere maleuoli calumniarentur. Nam
si diuinarum sibi atque hum. natum rerum cognitionem
Iurisprudentia vel ipsa teste definitione vendicat, non video
cur in alienas possessiones Iurisconsultus irruere, cum de
rebus sacris verba facit, dicatur. Possem ex vetustate me-
moria Labeonis Antistii, Attei Capitonis, aliorumque cō-
sultorum exempla proferre, qui in diuino iure explican-
do operam æque, atque in humano posuere: ut quod illis in
fictitia sua & clementita religione licuit, idem nobis in ve-
ra nostra, propter coniunctam vtriusque iuris scientiam,
citra iniuriam denegari posse non videatur. Quod nec te
improbaturum confido: coque commentationem hanc
nostram gratiorem tibi futuram spero, quod diebus ipsis
quibus elaborata est, accommodata, & è re nata suscepta
institutaque fuerit. Plane si neque utilitate, nec venustate aut

EPISTOLA DEDICATORIA. 277

elegantia , at certe auctoris studio , ac propensa in laudes tuas voluntate , deditissimoque tibi animo libellus hic se tibi noster satis commendabit. Vale. Parisis,
Calend. Ianuar. M D L X I I I .





DER STRING VNTV R. constitutione hac præcipui Christiani ritus festi dies, summa semper, quantum ab ultima antiquitate repetere licet, obseruantia ac veneratione culti, & anniuersaria solemnitate ab vniuersis, quacunq; se Ecclesia diffudit, celebrati: quemadmodum Origenes lib. viii. contra Celsum, & B. Augustinus Epist. cxvii 1. ad Ianuarium testantur. In his primus, Dominicus dies occurrit, qui eiusmodi nomine à primis nostræ religionis auctoribus donatus est, antiquata & abrogata ea appellatione qua gentiles hūc diem signauerant. Cōstat quippe Solis diem à paganis vocitatum. Id quod Tribonianus ad Valentiniani, Theodosij & Arcadij constitutionem quandam addidisse videtur, quæ in l. omnes dies, C. defterius, refertur: vt ex eius legis cum l. 2. eod. tit. in Cod. Theodosiane, collatione deprehendetur. Et hac prophana appellatione hunc diem nuncupant Impp. in l. Omnes iudices. C. defterius, l. 1. eod. tit. in Cod. Theod. l. 2. de ffectu sculis, in eodem Cod. Habeimus etiam huiusmodi appellationis testem non contemnendum Gregorium Turonensem lib. 3. hist. Francorum, cap. xiii. apud quem ita est: Ecce dies Solis adest. Sic enim barbaries diem Dominicum vocare consuetarē est. Maximus quoque Episcopus in sermone de Pentecoste, qui Ambrosij orationibus interseritur, Dominicum diem ab hominibus seculi Solis diem appellari scribit. Sed eius nominis piam magis & religiosam, quam veram atque rationi consentaneam originem reddit. Solis enim diem inde dictam tradit, quod eam soli iustitia Christus illuminet. Certissimum quippe est diebus nomina à septem errantibus stellis (quas Græci planetas vocant) antiquitus indita fuisse. Quod, & si à Politiano iam ante me. adnotatum est, non erit tamen inutile neq; à proposito alienum, omissis ex lib. 37. & aliquot paucis ab illo congestis testimoniis, alios minus appetere id ipsum testificantes veterum auctorum locos proferre. Quorum recensendorum initium ab Ausonio

faciam, cuius hi sunt in Eidylliis versus:
*Nomina quæ septem vertentibus apta diebus
 Annus habet, cotidem errantes fecere planetæ:
 Quos indefessa volvens vertigine mundus
 Signorum reliquâ iubet in statione vagari.
 Primum supremumq; diem radiatus habet sol,
 Proxima fraternal succedit luna corona.
 Tertius sequitur Titania lumina Mauors:
 Mercurius quarti sibi vindicat astra diei.
 Illustrant quintam Iouis aurea sidera Zonam:
 Sexta salutiferum sequitur Venus alma parentem,
 Cunctâ supergrediens Saturni seprima lux est:
 O Iauum inslaurat reuolubilis orbita Solem.*

Eusebius Emissenus homil. xt. de Pascha: Mortifera, ait, Idololatrie consuetudo in tantum homines occidauerat, ut Solis, Lunæ, Martis, atque Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni, & diuersis elementorum ac demonum appellationibus dies vocitarent, & luci tenebrarum nomen imponerent. Beda quoque in lib. de ratione temp. cap. iiiii. Hebdomada septem diebus constat, Octauus autem dies idē primus est, ad quem redditur, eoque rursus hebdomada orditur. His nomina à planetis gentilitas indidit, habere se credentes à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium & lingum, à Ioue temperantium, à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem. Idem in hymnis.

*Ordo planetarum variat seriem feriarum:
 Quippe dies à diis placuit vocitare poetis.
 Tertia Martis erat, Stilphonis quarta manebat.
 Inde Ioui quinque am tribuendo vocant Iouianum.
 Sexta fuit Veneris, postrema Deum genitoris: ●
 Itas diis addebat, seque his constare putabant.
 Iuuit temperiem Iupiter Cylénus artem,
 Pneumate Sol, una Mars sanguine, corpore Luna.
 Vel dedit humorem, Venus ipsa libidini ignem.*

Neconon Isidorus Hispalensis lib. 5. Etymologiarum cap. xxx. Dies, ait, dicti à diis, quorum nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt. Primum enim diem à Sole appellauerunt, qui princeps est omnium siderum, sicut & idem dies caput est cunctorum siderum. Secundum à Luna, qua Soli & splendore & magnitudine proxima

proxima est, & ex eo mutuatur lumen. Tertium à stella Martis, que vester vocatur: Quartum à stella Mercurij, quam quidam candi-
dum circulum dicunt: Quintum à stella Louis, quam Phaethontem
aiunt. Sextum à Veneris stella, quam Luciferum adserunt, que
sesto celo locata triginta annis fertur explere cursum suum.
Cuius gentilium instituti eamdem ille cum Beda ratiō-
nem reddit. Plane Solis & Saturni dierum Iustinus Mar-
tyr secunda pro Christianis dicta apologia meminit; Kαὶ τὸν, inquit, τὸν ἡλίου λειρόθρον ἡμέρᾳ πάρται κατὰ τὸν πόλεις ἡ ἀ-
ρχές μερόπται οὐτὶ τὸ αὐτὸν σωμῆλεις γίγνεται: id est, die qui Solis di-
citur, omnium qui & in oppidis, & qui ruri habitant in unum
conuentus fit. Et paulo post: τὸν δὲ τὸν ἡλίου ἡμέραν κοινὴ πάρτη
τὸν σωμέλεων πάρμεδα, ἐπειδὴ τεύτη ἡμέρᾳ οὐτὶ ὁ Θεὸς
τὸ σκότος ἡ τὸ ὑπέρ τείχας καθομον ἐποίου. Καὶ Ἰωσήφ Χειρὸς
ὁ ἡμέτερος στοτὴ τῷ αὐτῇ ἡμέρᾳ οὐκ ῥεκρύψας εἴσετε. τῇ γὰρ ταχὺ τῷ
χρονικῇ εἰσάγονται αὐτοῦ. Εἴ τῇ μετὰ τῶν κρονιῶν ἡ τις ἐπινέλιος ἡμέ-
ρα, Φανεροῖς ἀπορεῖοις αὐτῇ καὶ μαζῇ ταῖς ἐδίδαξε τεσσαρά. id est,
Solis autem die communes caētē, & concursus facimus: quandoquidem
primus hic est dies, quo Deus caligine dispulsa orbem con-
didit. Et Iesu Christus seruator noster eodem die a mortuis excitatus
est. Nam eo die qui Saturni diem antecedit, in crucem eum sus-
tulerunt: Et eo die qui Saturni diem sequitur, qui quidem Solis
est dies, Apostolos suis & discipulos, quibus conspicuum se præ-
buit, hæc docuit. Vtriusque pariter dici Tertullianus Apolo-
geticī, cap. xvi. meginis. Μέτρον, inquiens, si diem Solis
lætitiae indulgemus alia longè ratione, quam religione Solis, secundo
loco ab eis sumus qui diem Saturni otio & quieti decernunt, ex-
orbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorant. Sed & Clemens
Alexandrinus lib. viii. Stromat. dierum Mercurij &
Veneris mentionem facit, his verbis: Οἶδεν αὐτὸν; Καὶ τὸν με-
γίατον τὸν αἵρυμα & τὸν ἡμέραν τούτων τὸν πιτεάδος καὶ τὸν πα-
ρεργοῦντος λέγει. Οὐτι φανεροῖς ταῖς γάρ οὐ μόνον ἔργοις, οὐδὲ οὐφράτης.
id est: Non it ipse quartæ & quiniae ferie ieiunij aliter seruos intellexit. Appellantur autem illa quidem dies Mercurij, hæc vero
dies Veneris. Et lunæ hebdomadas, pro septimo quo-
que die lunæ, sunt qui interpretentur apud Gellium lib.
xv. Noct. Attic. c. xi. Sabbatum planè Iudaicum Saturnu

diem appellat Dio, non modo libro trigesimo septimo, sed & lib. XLIX. quo Hierosolyma à Caio Sossio, Syria & Cilicia praeside, capta & expugnata, eo ipso religiosissimo eorum die narrat. Quem eundem casum postea Vespasiano expugnatore passata eam ciuitatem Xiphilinus, qui Dionem in epitomen contraxit, ita scribit: Οὗτοι μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα εἰς αὐτὴν τὴν Κρόνου ἡμέραν, ἢν μάλιστα ἐπὶ τῷ γῇ Ιερουσαλήμ σεβαστούντες, id est: Hierosolymorum urbem expugnauit ipso Saturni, quem hodieque Iudei religiose colunt, die. Quamquam Latinos autores interdum Sabbati nomen, in eo die designando usurpasse repperio. Seneca lib. XV. epist. Accendere aliquem lucernas Sabbatis prohibeamus. Suetonius in Tiberio, cap. XXXII, Diogenes Grammaticus disputare Sabbatis solitus. Idem in Augusto: Nec Iudeus quidem, mihi Tiberi, tam diligententer Sabbatis ieiunium seruaret quām ego seruavi hodie. Quid.lib.t. De remedio amoris:

Nec pluviis opea, nec te peregrina morentur

Sabbata. Idem τεῖχος τε περιγράφεις cum diem sic expressit lib. I.
de Arte amandi:

Quaque die redeunt rebus minus aperte gerendis,

Culta Palastino septima festa viro.

Iuuenal is Satyra VI.

Observant ubi festa mero pede Sabbathareges.

Meminit & Sabbati Iustinus lib. XXXVI. Epitomes histor. Trogi Pompei. Cuius diei etymon (ut hoc obiter & per transcaenam admoneam) Lacantium, summum alioquin virum, ignorasse mirari satis non possum, Is enim lib. VII. Instit. Diuinarii, cap. XIIII. lingui Hebreorū huc diem à numero septenario nomine accepisse scribit: cù tamen vel mediocriter eruditis notū sit, à requie ita appellatū: quod post mundū sex dierum spatio consummatum, septimo die Dominus ab operibus suis requieuetit. Nata ut Gregorius Nazianzenus in Oratione de Pentecoste scriptum reliquit ἡ τῇ σαββάτῳ τελετηρίζει, κατάτανον ἐβραιῶν ὀνομάζει. Cuius originis locupletiorem Iosepho testem citare non possem, qui lib. I. Antiq. Iudaicarum, cap. XI. ita scribit: Καὶ τὸν κόσμον εἰς τοῦς πάντας ἡμέρας Μαϊῶν; γέ πάντα τὰ εἰς αὐτῷ φυσί γένεται. τῷ δὲ εἰδόμενῳ

ἀναπόστολος, καὶ λαβεῖν τὸ τὸν ἑργαν ἐκεχειμένος. οὗτος δὲ ἡμεῖς σχολεῖν τὸ τὸν πότερον καὶ τεύτην ἀγομένην ημέραν παρεστηρεύοντες αὐτήν νοάθατα, θυλοῖ δ' ἀνάστασιν τὸν Ἐβραίων Διδόλευτον ὄνομα. Quod & ante eum a Philone proditum erat in lib. τοῦ Χερουβίμ, his verbis: Καὶ Διδόλευτος τὸ σάββατον, ἔρμηνέτερος δ' ἀνάστασις Θεὸς φοῖος εἶναι Μανῶν. Licet aliás passim planioris intelligentiae causa Sabbatum ἱερὸν εἰδότιμον vocat. Idque nec inferioris classis auctores latuit. Est enim à Zonara vera nominis huius origo tradita, Tomo primo Annalium, ut & à Suida in verbo, σάββατον, & Isidoro lib. Etymologiarum 6. cap. xvij. quorum verba referre nihil attinet. Sed vt Lactantij ignorantia excusatione nulla defendi potest, ita Plutareho qui propter eum, quem sibi rerum Iudaicarum ignoratione finixerat errorem, ridiculam aliam & absurdam Sabbati notationem commentus est, facilius venia ab æquis iudicibus tribueretur. Quis enim nisi planè iniquus, à gentili & pagano homine exactam sacræ historiæ cognitionem desideret: Sic autem de Sabbati etymo, ille lib. 4. Symposiacor. cap. vlt. ratiocinatur, quasi ad Bacchi cultum, huius festivitatis ratio reuocanda sit. Ait enim: Οὐαὶ γὰρ τῷ τῷ τῷ σαββάτοις ἐορτίν μη παναγίασσοι ἀπέργεις δίνοντο ἡμέρας σαββάτου γὰρ τοῦ πολοὶ τὸν Βαρχάρος φελόθοι καὶ ταῦτην ἀφίσσον τὸν φωνὴν ὅτι ὄρμάζει τῷ Θεῷ. At Censorinus Iudaicam huius diei obseruationem mysticæ septenarij numeri obseruationi tribuisse videtur lib. De die natali, cap. xii. cum ita scribit: Alter autem ille partus qui maior est, maiore numero continetur: septenario scilicet, quo rota humana finitur, & ut Solon scribit, & Iuda in dierum omnium numeris sequuntur: & Heroscorum rituales libri silentur indicare. Prophani porrò scriptores fabulosa multa & à veritate aliena de Iudaici populi origine, vita, moribus, religionēque excogitarunt. Quale est, quod ab Ida monte extenso Barbarorum more vocabulo Iudeos dicitur Cornelius Tacitus lib. xvi. historiæ Augustæ scribit; quem tamen librum (ut hoc striximus attingam) pro quinto eius auctoris libro citat Tertullianus cap. xvi. Apologet. Vnde colligi potest aliter apud antiquos eius auctoris libros dispositos ac dige-

stos fuisse, quam ut nunc leguntur, aut certe μηματικῶν ἀπαρτίμων, quo nonnunquam peritissimi quique lapsi sunt, Tertullianum in numero librotum falso. Extitisse etiam quosdam qui Hierosolymorum urbem δότο τῷ ιερῷ οὐλῇ, nomen inuenisse crederent. Iosephus lib. i. de Antiq. Iudaic. aduersus Appionem auctor est, vbi & multa à fide historiæ abhorrentia de Iudeis esse Græcorum commentantis prodita docet: quorum totam historiam valde Romanis incognitam fuisse, facilè intelliget qui cum Mosis sibris Iustini librum xxxvi. Strabonis xvi. & Dion. xxxvii. contulerit. De Iudeis planè & eorum sabbato opere pretium fuerit Rutilij Claudij versus ex Itinerarij lib. i. subiungere, ex quibus quid ille de eorum religione senserit, liquido patet:

Namque loci curam querulus Iudeus agebat,

Hūnans animal diffīciale cibas.

Vexatos frutices, pulsatae imputat algas,

Demnāque libatæ grandia clamit aquæ.

Reddimus obscenæ conuicia debitæ genti;

Quæ zonitale caput propudiosa metit.

Radix stultitiae, cui frigida subbata cordis;

Sed cor frigidius religione sua est.

Septima quæque dies turpi damnata Veterno

Tanquam laſati mollis imago dei.

Cetera mendacis deliramenta catasti;

Nec pueros omnes credere posse reor.

Atque utinam numquam Iudea subacta fuisse;

Pompeij bellis, imperioque Titi.

Latius excisa pestis contagia serpunt;

Victoresque suos natio viæta premit.

Verum ille auctor non Iudaicæ modo religioni, sed & cultui nostro infestus fuisse videtur. In manachorum enim secessum, & paupertatis spontaneum studium ita ludit eodem libro:

Processu pelagi iam se Casprari tollit;

Squaler lucifugis insula plena viris.

Ipsi se monachos Graio cognomine dicunt,

Quod soli nulo vivere teste volunt.

Munera fortune metuunt dum dama, verentur:

Quisquam sponte miser, ne miser esse queat:

Quenam peruersa rabies tam stulta cerebri

Dum mala fornudes, nec bona posse patit

Sine sua repetunt ex fato erga stulta personas,

Tristia seu nigrō viscera felle tument.

Sic nimabilis morbum assignauit Homerus

Bellerophontēis sollicitudinibus.

Nam iuueni offenso seu post tela doloris,

Dicitur humanum displicuisse genus.

Sed ad propositum tandem aliquando redeamus. Dicrum supra relatas gentiliumque communi sermone usurpatas appellations Christianæ fidei adlettiores abolere earumque loco alias religioni nostræ magis conuenientes substituere conati sunt. Solis certe diem dominicum vocarunt: Cuius appellationis origo si à capite arcessenda sit, quos potius quam Apostolos ipsos auctores laudare debeam, non video. Etenim Apocalyp. cap. 1. hæc verba leguntur: εγενόμης ἐπικυρωτὸν καὶ κυριεῖς κυρίον. Reliquos vero dies feriarū nomine nuncuparunt, discretis ac distinctis pro numeri ordine eatum appellationibus. Vnde Beda in hymnis:

Noſtro more dies ferias ſunt nomen habentes.

Et post;

Sed primā, quartam feriam ſextaque vocantes,

Sabbati ab antiqua mutuamus lege vocamen;

Mercurii Veneris que dies hos prīca vocabat

Æras: falsoyrum venerans porentia deorum.

Saturnique, par em quem creditit eſſe Deorum.

Hatūm vero appellationū Silueſtrum Pontificem auctorem Beda ciet. Quod ut in dubiuon vocare omnino non auſsim, ita competitum habeo, τὴν τετάρτην πέμπτην γένεται την παρασκευήν; nominibus, in hebdomada diebus exprimendis viſos eos qui Silueſtrum longo intervallo antecellérunt. Sic Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Episcopus, in Epistola ad Philipp. quartam ſetiam πέμπτην, ſextam autem πέτρην nominat. Auctos etiam lib. Reſponſionū ad orthodoxos: ἐπαύτη τε ξεποδουχός, inquit, τῷ μὲν πέμπτῃ ἀλλα τῇ πέμπτῃ παρασκευῇ τῷ Χετῶν. Et Clemens Alexan-

drinus, quē constat Seueri & Antonini filii eius temporibus floruisse, quem vulgo diem Mercurii περάδα, quem Veneris ήμέρα παρησκευή, lib. 7. Stromat. vocat. *Parasceues* quoque vocabulo in die Veneris significanda usus est Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem. Permansisse verò &c ad posteros eorum easdem appellations manasse nunc ostendam. Socrates namque lib. hist. Ecclesiast. vii. cap. xxi. de Theodosio iuniore: Καιπόρος δὲ οὐτε ἡ ὥρα οὐ κρίσις οὐ τεῦμα γενομένη μέρι τηγενεώτερη πολλά οὐ μάλιστα; περιέδεις οὐ τὰς παρησκευῆς ήμέρας. Quam postremam clausulam Cassiodorus lib. xi. hist. Tripartitae, cap. xvii. ita reddidit: Plerumque *ieiunabat*, & maxime quarta feria & sexta, studio Christianitatis. Idem Socrates lib. v. cap. xxii. Αὔθις δὲ οὐ Αἰδεξαστρέας τῇ περάδῃ. ωτὸς τῇ λεπρῷ φύσει τραχεῖ τὸ αἴσχυλόν σονταφεῖ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ερμηνεύσον. Et qui vulg. dies Iouis, ημέρα πέμπτη ab eodem appellatur lib. vii. cap. xi. παρησκευῆς quoque, & οὐας τὸν οὐαζάτη vocabula usurpauit Sozomenus, lib. vii. histor. Eccles. cap. xix. Beatus verò Augustinus, Louis diem, *quintam sabbati* appellat Epistola cxviii. ad Ianuarium. quo modo & B. Hieronymus diem vulgo *Martii* dictam, *tertiam Sabbari* nominat, in Epitaphio Pauli matris ad finem. Eademque loquendi figura Eusebius lib. viii. histor. Ecclesiastica secundum quorundam editionem ήμέρα περιέδει τὸ οὐαζάτου dicit, *Sabbati* planè nomen ex Iudeorum lingua retentum est, Saturnoque desiit dies hic adscribi, & ita cum Ambrosio lib. ii. ii. de sacramentis, cap. vlt. reliquos omnes loqui inuenias. Verum ut ad Dominicum diem redeamus, qui nobis totius diuerticuli ansam præbuit. non dubium est quin is peculiari hac *Dominici diei* nota inde signatus sit, quod in eo Dominus noster Iesus Christus à mortuis excitatus sit. Quapropter Ignatius ad huius diei cultum Magnesianos excitans, eo illum ornat elogio, ut subiendum id mihi videatur; sed Latinis potius ex vulgari translatione, in qua quid reprehendam non habeo, sumptis, quam Græcis verbis, quo lectoribus peræque omnibus consulatur. *Dominicum*, ait, *diem omnis Christi amens festum celebret, diem resurrectionis, Regalem, omnium dierum super eum*, quem expensis propheta, dicebat: *In fine pro octaua in*

quo Crux nostra exortarit, & mortis in Christo uictoria facta.
 Eum quoque diem dominum iudeus vocat Dionysius, Corinthi Episcopus, apud Euseb. lib. IIII. historiæ Ecclesiastice cap. XXVII. Plane Iustinus Martyr cultus, qui huic diei impenditur, duplicum rationem reddit, ad finem Apologie pro Christianis secundus: quod nimurum eo die tenebris discussis, lux in orbem recens conditum diffusa sit: Et quod eodem Christus resurrexerit. Ebionæos etiam, licet Iudaicæ legi in plerisque adhaerentes, Christianis tamen consensisse in Dominicorum dierum obseruantia, Eusebius lib. III. historiæ Ecclesiastice, cap. XXVII. scribit, εἰς μήναν (vt ille loquitur) τῆς οὐρανοῦ ἡμέρας. Beatus quoque Augustinus in Epist. cxix. ad Ianuariū, & in lib. II. de peccato originali, contra Pelagium, diem in hebdomadarum recursibus ostium resurrectione Domini declaratum esse, & ex illo cœpisse habere festivitatem suam tradit. Necnon Maximus Episcopus sermone de Pentecoste, qui inter Ambrosianos Sermones est sexagesimus primus: Dominica, ait, nobis ideo venerabilis & solemnis est, quia in ea Salvator velut sol oriens discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit. Eadem Isidorus lib. VI. etymolog. cap. XVIII. & lib. I. de eccl. offic. cap. XXIIII. Augustini ex epist. ad Ianuarium à me iam prolatis verbis tradit. In fidem vero & indicium resurrectionis. Dominicæ stantes, atque erecto ad cælum vultu, non pronos & in genua procidentes, eo die maiores nostros. orasse mihi compertum est. Docet hoc, cäque quam dicit, ratione institutum tradit Iustinus Martyr. in libro: Responsionum ad Orthodoxos, cap. xv. Atque adeo nefas habitum eodie de periculis adorare, Tertullianus in lib. De corona militis prodidit. Idem suis temporibus obseruatum B. Hieronimus aduersus luciferianos, & B. Augustinus, Epist. centesima decima nona ad Ianuarium, & Isidor. lib. I. de Ecclesiasticis Officiis. nona capite trigesimo tertio. contestantur. Maximus quoque Taurinensis (ni fallor) Episcopus in eo sermone de Pentecoste, ex quo iam ante testimonium protuli; Dominicis diebus:

non ad exorandum Deum genibus succidisse Christianos, sed erectos & feriatis resurrectionem Domini celebrasse, disertè scribit. Nec non Rabanus Maurus, qui abhinc octingentis annis vixit, lib. 2. De instit. cleric. cap. 42. Vnde etiam ait, in Dominico die stantes oramus, quod est signum futurae Resurrectionis. In urbem sanguinem eo die ex agris frequentem populum Iustini temporibus precum causa conuenisse, & ab omni opere quietuisse, ex eius Apologeticis orationibus patet. Acco quoque die ieiuniū vel ab ipsis nascientis Ecclesiæ exordiis inhibitum, ut. potest tristitiam omnem leti eius die festinante responderemus, quemadmodum Tertullianus in lib. De corona militis tradit. Quare & sexagesimo quarto capite Canonum, qui Apostolici vocantur, clericis sub depositionis pena Dominico die ieiunare interdictitur. Itaque cum instituta ab Ecclesia ieiunia Eustathius Sebastensis episcopus reprobaret, nouaque induceret, Gangreni Consilio dogma in hanc sententiam proditum est: Si quis tanquam hoc continentia conuenire indicans, aut in eius diei contemptum, die Dominico ieiunauerit, anathema esto. Quod decretū ex eius Concilii capite xviii. Gratianus transcriptit in Can. Si quis tā quā dīst nōt. x. Manichæos etiam ob istius diei ieiunia iure damnatos pronuntiat Ambrosius Epist. lib. x. Epist. lxxxiii. Nam ut ad politicas sanctiones descendamus, extant de cultu huic diei impendendo dux constitutiones: Ambæ Constantini ad Helpidium, eodem quidem anno, nimirum Crispo ii. & Gonstantino Coss. propositæ. Ceterum diuersis mensibus. Prior Nonis Martii, posterior v. Non Iulii. Illa quidem relata est in l. Omnes, c. de feriis. in hac verba: Omnes Iudices, urbanæque plebes, & cunclarum artium officia, venerabili dñe Solis quiescant. Ruritatem positi agrorum culturæ liberè licentierque inserviant; quoniam frequenter euenit, ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut vinea scrobibus mandentur: ne occasione momenti pereat commoditas celesti prouisione concessa. Posterior vero eius Imperatoris constitutio habetur in l. i. de feriis, in Cod. Theod. his verbis: Sicut indigissimum videbatur diem Solis venerationis suæ celebrim, altercantibus iurgiis & noxiis partium contentioneibus occupari; ita gratum & iocundum est eo die que sunt maximè votua compleri. Atque ideo emencipandi & manumittendi diefecto cuncti licentiam habebant, & super his rebus actis non prohibebant.

beantur. Quibus coniungenda sunt quæ de eo Imperatore Eusebius lib. De vita ipsius quarto scribit: cuius verba uti sunt à Musculo Latinè reddita, paucis dumtaxat mutatis, in quibus auctoris mentem non satis expressit, subiiciam: Omnes, ait, Imperio populi Romani subditos diebus seruato i nuncupatis, feriari præcipiebat. Similiter ut & eas quæ sunt Sabbati, venerarentur, propter memoriam (ut mihi videtur) eorum quæ in illis à communi Seruatore gesta memorantur. Salutarem quidem diem, quam lucis & Solis agnominem esse continebat, à militaribus viris studiose coli docens illus quidem, qui diuinæ fuerant fidei facti participes, Ecclesiam Dei liberè ac sedulò frequentandi, ut & priores absque ullo impedimentoo facerent, otium ac copiam dedit. Alius vero, qui nondum diuinam fuerant consecuti doctrinam, secundaria lege mandauit, ut Dominicis diebus in suburbis in nudum ac purum campum meditaciam precem ex uno symbolo cuncti simul Deo destinarent. Sed & Præsidibus prouinciarum legem de eius dici obseruatione ab eo dictatam esse, postea scribit. Ceterum Constantini ductus exemplo Theodosius, emancipandi quoque ac manumittendi diebus Dominicis licentiam, ceteris causis vel litib. quiescentibus tribuit: ut ex l. 2. Cod. de feriis appareret. Sed hanc dici venerationem negligi aut intermitte (ut credibile est) Leo Imperator cernens, prædecessorum suorum vestigiis insistens, hunc quoque diem feriatum esse & ab omni legis actione liberum constitutione sua sanxit. Sic enim in libello qui Collectanea quædam ex Ecclesiastica Theodori hist. continet, scriptum est: Λίτιον δημόσιον τὴν κυριακὴν τῷ Διονύσῳ ἀρχαῖον, ἀπογειτόνει τὸν καὶ σταυροῦ. Quod ab eo imperatore constitutum esse Niccephorus quoque lib. xv. hist. Ecclesiasticæ. cap. xx. refert. Eaque est (nisi me animus fallit) Leonis constitutio, quæ in l. 2. li. Cod. de feriis, memoratur his verbis: Dominicum diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandum, ut cunctis excusatetur, nulla quemquam urget admonitio, nulla fidelissimus flagitetur exালio, taceat apparitio, aduocatio delitescat. Sit ille dies à cognitione alienus; præconis horrida vox filescat, respirent à controversia litigantes, & habeant fœderis internatum. Ad se simul veniant aduersarii, & quæ sequuntur. Nec vero minor huic diei reverentiam exhibendam Clotharius &

Theodoricus reges censuere, qui eo in totum ab operibus rusticis subditos suos abstineret voluerunt. Alemannorum namque legibus, ut ex earum tit. xxxix. patet, Clotharius in hunc modum cauit: Die Dominico nemo opera seruilia presumat facere, quia hoc lex prohibuit & scriptura in omnibus contradicit. Si quis seruus in hoc vitio inuentus fuerit, vapulet fustibus: liber autem corripiatur usque ad tertiam vicem. Si autem post tereiam correptionem in hoc vitio inuentus fuerit, & Deo vacare die Dominico neglexerit, & opera seruilia fecerit, tunc tertiam partem de hereditate perdat.

Si autem super hac inuentus fuerit, ut diei Dominico honorens non impendat, & opera seruitis fecerit, tunc coactus, & conuictus coram Comite, ubi tunc Dux ordinaverit, in seruitium tradatur, & qui noluit Deo vacare, in sempiternum seruus permaneat. Baioarii vero Theodoricus ita edixit: Si quis die Dominico operam seruilem fecerit, liber homo, id est, si bouem iunxit, & cum curru ambulauerit, de terum bouem perdat. Si autem siccauerit senum, vel collegerit, aut messem siccauerit, aut collegerit vel aliquid opus seruile fecerit die Dominico, corripiatur semel vel bis, & si non emendauerit, rumpatur dorsum eius L. percussionebus. & cætera. In vetusta etiam quadam manuscripta Canonum Ecclesiasticorum à maioribus nostris proditorum Rapsodia, caput de hac re offendit, quod ita habet: Inter cetera admonitionis nostræ officia satis illud nobis necessarium visum est, ut populis fidelibus terribiliter denuncietur, ut diem Dominicum, in quo auctor, virtue resurrexit à mortuis, honorabiliter colant. Nam si pagani ob memoriam & reverentiam Deorum suorum dies colere, & Iudei more carnali Sabbatum ognaliter obseruare satagunt: quanto magis Christianæ religionis deuotio ob memoriam Dominicæ resurrectionis eundem diem venerabiliter atque honorabiliter colere debet? Sed & Matiscouensis Synodi secundæ, cap 1. de hoc die obseruando, ita patres cauerunt: Custodite diem Dominicam, que nos de nro peperit & à peccatis omnibus liberauit. Nullus restrum lucrum somitibus vacet, nullus actiones exerceat, nemo sibi talis necessitatem exhibeat, que iugum ceruccibus inmentorum imponere cogat. Estote omnes in hymnis & laudibus Desa-

nimo corporeaque intenti. Si quis vestrum proximam habeat Ecclesiam, properet ad eandem & ibi Dominica die seipsum precibus lacrymisque afficiat. Sint oculi manusque vestrae toto illo die ad Deum expansae: Ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septima dies umbram insinuatus noscitur in lege & prophetis. Iustum igitur est, ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus quod non fuimus: Fuimus enim ante serui peccati, sed per hanc facti sumus filii iustitie. Exhibemus Domino liberam seruitutem, cuius nos nosimus pietate de ergastulis liberatos erroris: non quia Dominus noster à nobis expedit, ut corporali abstinentiæ diem Dominicam celebremus, sed querit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis afflictibus, ad cælum usque misericorditer prouochat. Si quis itaque vestrum hanc salubrem exhortationem parcipenderit, aut contemptus tradiderit, sciat se pro qualitatibus merito principaliter à Deo puniri, & deinceps sacerdotali quoque irae implacabiliter subiacere. Si cauiculus fuerit, irreparabiliter causam mittet; si rusticus aut seruus, grauoribus iustium ieiibus verberabitur; si clericus aut monachus, mensibus sex a consorio suspendetur fratrum.

Hæc namque omnia, & placabilem erga nos Dei animum redundunt, & plagas marmororum & sterilitatem amouent; atque repellunt. Gregorius Turonensis libro x. historia. capite 29. Sanctus, ait, hic dies qui in principio lucem conditam primus videt, ac Dominica resurrectionis testis factus emeruit. Ideoque emi fide obseruari debet, ne fiat in eo omne opus publicum.

Quibus consentanea Beda, in libello De ordinatio-
ne feriarum Paschalium per Theophilum Episcopum
Cæsariensem ac reliquorum Episcoporum synodum fa-
cta, tradit, his verbis: Quem creditus factum fuisse in mun-
do primum, nisi Dominicam diem? Theophilus Episcopus dixit:
Probate quid dicatis, responderunt Episcopi: Secundum scripturæ
authoritatem factum est vespere & mane dies primus; deinde
secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, in quo
septimo requieuit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem
sabbatum appellavit. Ergo cum nouissimum diem signet
sabbatum, quis potest esse primus nisi dominicus dies? Ibi-
demque hunc diem multis benedictionibus à Dei sanctifi-
catum Episcopi probant. Nam & in ipso tenebras remo-

tas lucemque apparuisse, & eo die de terra Aegypti, velut de tenebris peccatorum quasi per fontem baptismi per mare rubrum Israeliticum populum liberatum, egenus die celestem cibum manna hominibus datum: Primum quoque hunc diem cum nouissimo die obseruari Mosen ad populum mandasse, ac postremo eo die resurgere a mortuis Dominum dignarum esse, ideoque huc tot ac tantius benedictionibus sanctificatum diem priscos nostros patres impensisori cultu prosecutose esse mirum nemini videri debet, quis nobis & lucis & vitae eternae primordia inchoauerit. Quæ etiam compendiose Isidor. lib. de Ecclesiasticis officiis i.c. 24. &c ab eo mutuatus Rabanus Maurus lib. de institutione clericorum ii. cap. 42. ita perstringit: Apparet autem hunc diem etiam in scripturis sanctis esse solennem. Ipse enim est dies primus seculi: in ipso forma sunt Elementa mundi: in ipso creati sunt Angeli, in ipso quoque a mortuis resurrexit Christus: in ipso Spiritus sanctus super Apostolos descendit: Manna in eo die in eremo primum de celo datum est.

Sed ad Imperatores nostros reuertamur. Aiunt illi: ATQUE NATALI.]

Hunc diem in religiosissimis numeratunt & meliore lapillo notantunt prisci nostræ religionis antistites. B. Chrysostomus in Oratio. de B. Philogonio: Apperit enim festum omnium festorum maximè venerandum adorandumque: quod si quis appellat omnium festorum metropolim, haudquaquam aberret. quod autem hoc est? Christi iuxta carnem nativitas. Ab hoc enim illustratio Dei, festum videlicet Epiphaniorum ac sacrum Pascha, Ascensio & Pentecoste originem ac fundementum ducunt: nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptisatus esset. nam id est festum Thocophaniorum: nequaquam fui esset crucifixus; nam hoc est festum Pasche: Nequaquam misisset Spiritum sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc centore quopid hi diuersi amnes orti. Nota sunt nobis haec festa, veru non ob hoc tantum par est hunc die ceteris anteponi, sed etiam ob id quod id, quod in hoc natum est ceteris omnibus est venerabilius. B. Ambrosius Serm. 16. Bene quodammodo sancta hanc diem natalis Domini Solem nouum vulgus appellat, & tanta sui suitoritate id confirmat, ut Iudei etiam atque gentiles in hac voce consentiant. Quod libenter nobis complectendum est, quis oriente salutare non solum humani generis sa-

lus, sed etiam solis ipsius claritas innovatur. Possent & alia praetexta huius diei encomia ex veterum Theologorum scriptis proferti, sed superiora duo sufficere mihi vila sunt. Itaque mitum non est hunc diem inter feriatos & a iudiciaria contentione strepitumque fore si vacuos ab Imp. statui in l.2. & l. Omnes dies, Cod. de feriis.

Sequitur, ATQVE EPIPHANI ORVM CHRISTI.] Est hic quoque dies ex eorum numero, quos publica religio iam olim consecravit. Ammia. Marcell. lib. 21. Et ut hec, ait, interim celarentur feriarum die, quem celebrantes mense Ianuario, Epiphaniam die litane, progressus in eorum Ecclesiam solenniter nomine adorato discessit. Ob Christi autem numen manifestatum celebritatem hanc institutam, ipsa nominis origo satis declarat. Verum qua in te aut primum aut potissimum se Christi potentia patefecit, quæque eius apparitio huic celebritati locum dederit, non satis video inter antiquos conuenire. Ambrosius enim de die sancto Epiphaniae Sermo. 21. Plerisque, ait, in Epiphania die h. et tenuis à Domino memorabilis facta esse commemorare scribit, ut rogatus ad nuptias aquæ substantiam in vini speiem commutare, ac liquorem fontium in meliorem usum sui benedictione transstulerit: quo mirabilis signo divinitatis sue primum ille virtutem declarauerit. Nonnullos vero in eis die, à Ioenne eum baptizatum in Iordanе testari: eiusque baptismi memoriam hac Epiphania celebriitate consuestat. Idem Sermo. 22. utramque opinionem refert, & conciliare nittitur, quasi aliud de alio signum contineatur. Nam & cum baptizatus est Dominus, inquit, & mysterium lavacri instituit, & humanum genus velut vilem aquam in eternam substantiam divinitatis sapore conuerteat. Similiter & cum hydriæ plenas lique fontium vertit in vinum: utrumque operatus est: & speciem magis necessariam nuptiis prestitit, & demonstrauit corpora hominum per lavacrum sancti Spiritus esse replendas substantias. Idem Sermo. 18. ordine factum docet, ut post natalem Domini confessim festivitas haec sequeretur. Idque ita rationem exegisse, ut post eius diei quo natus est commemorationem alterius diei quo renatus est, quoque eum pater colendum gentibus manifestauit, commemratio consequenter subiungereetur. Clarius vero & crassiori (quod aiunt) Minerua hoc exponit Maximus Episcop. in sermone quodam Ambrosianis sermonibus

interserto. Epiphaniæ, ait, hodie procuramus gaudia. Querat aliquis quid interpretetur hoc verbum, scilicet quia Ἐπιφάνεια Græcè Latine dicitur apparere: Ergo quia tunc primum apparuit Salvator in mundo, ipsa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est. Quomodo autem apparuerit, requiramus, non quod in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit; sed quod tunc primum signis æque miraculis credentium cordibus Deus Christus illexerit, & in tenebrosas conscientias hominum fidei splendor aduenerit. Signum autem quod operatus fuit, ut divinitatem suam hominibus declararet, & humanis mentibus tanquam nouus & inopinatus apparet, fuisse aque in vinum mutationem tradit. At Greg. Nazianz. ad baptismi Christi recordationem festiuitatem hanc referendam censet, ut ex eius oratione quæ ēs τὰ ἁγία φῶτα τῷ Επιφανίῳ, inscribitur, perspicue colligimus. Vnde Leo Epist. 62. ad Episcopos per Siciliam constitutos, quosdam existimasse scribit Epiphaniæ festiuitatem idcirco priuilegium habere baptismatis debuisse, quod in eadem die Dominus ad baptismum Ioannis accessisset. Quam tamensententiam improbat, illius baptismi aliam fuisse gratiam dicens, nec ad eandem pertinuisse virtutem. Isidorus vero lib. 1. de Ecclesiast. offic. cap. 26. tribus ex causis solemnitatem hanc Epiphaniorum nomen inuenisse scribit: siue, quia tunc in baptismo suo Christus populis ostensus fuerit; siue quod eo die sideris ortu Magis sit proditus; siue quod primo signo per aquam vino facto, multis sit manifestatus. Quam triplicem huius festiuitatis rationem Pontius Paulinus his versibus conclusit, lib. de natali Felicis 9.

*Vi veneranda dies cunctis, qua virgine natus
Pro cunctis hominem sumpsit Deus, utque deinde
Qua puerum stella duce mystica donaferentes
Dupliciter videre Magis; seu qua magis illum
Iordanus trepidans laetitiente Ioanne,
Sacramentum cunctas recreandas gentibus undas.
Si et die eadem magis illo sit sacra signo
Quo primum Deus egit opus, cum flumine verso
Permutauit aqua prædulcis neclare tri.*

Isidorus potro ibidem, ex Cassiano adiicit, apud Græcos

natiuitatem Domini & Epiphaniorum solennitatem non bifariè, ut in occiduis prouinciis, sed vnius dici festiuitate celebratam. Quibus addenda sunt quæ idem auctor lib. vi. Etymolog. cap. xviii. scribit. Epiphaniorum utique diem sine strepitu iudicali forensique contentione obseruari Imp. Theod. præcipit in l. 2. Cod. de feriis. Rursusque cum diem feriatum esse habendum Imp. Valent. Theod. & Arcad. constitutio edicit, quæ in l. Omnes dies. Cod. eodem tit. refertur.

Sequitur, PASCHÆ ETIAM.]

Omnium Christianæ religionis celeberrimum augustissimumque habitum ab antiquis Paschalem diem obseruavi: quem illi præcipua quadam veneratione in memoriā Dominice resurrectionis semper sunt prosecuti. Beatus quidem certe Chrysostomus homilia vii. De resurrectione Domini: Licerat, omnes solennitatis que in Ecclesiis pro Dei honore celebrantur, sancte sint atque venerabiles, ramen hodierna dominicae resurrectionis dies præcipuum quamdam ac peculiarem festiuitatem habet. Greg. Nazianzenus in sermone de hac festiuitate: Αὕτη, inquit, ἡ πάσχεια ἡμῶν ἡ ἡρῷη γένεσις των ουρανίων, πεσθεῖσα ὑπὲρ αὐτῶν πάτεσσι τοῖς αὐτοπτικοῖς μόνον, καὶ χαμαὶ ἐνχειρίδας, ἀλλ' ἡδὺ τοῦ Θεοῦ αὐτὸν κείται τούτῳ εἰστιν αὐτῷ πλευρόπερ, ἀσέργειας ἡδιος. Inter cetera verò festiuitatis huius solennia, noctem eius peruigilio transmitti consueuisse, sciendum est. Tertullianus in lib. 2. ad uxorem: *Quis*, ait, (de gentili marito loquitur) nocturnis consuocationibus, si ita oportuerit à latere suo eximi libenter feret? *Quis* de iure solennibus Pasche abnoctantem securus sustinebit? Quod & Eusebius liest. Ecclesiast. libr. vi. cap. xx. aperte indicit, de Narciso agens: Χριστὸς μεγάλην, inquit, πάτερ τῷ πάτερᾳ διαινέτειν, τούτους ταῦτα τοῖς θρησκευόσι διδούσται. Igitur Rufinus vertit. Accidit aliquando in die solenni vigiliorum Pasche oleum defesse luminaribus. Idem eiusdem libro 34. de Philip. Imp. τὸν κατέχει λόγος γειτναὶον ὄντα, εἰς ἡμέραν ιερᾶν τῷ πάτερᾳ των ψυχῶν, τῷ δὲ τῷ Εὐαγγελίᾳ εἰς τὸ πλήθυον μετεχεῖ θελήσων, Quæ verba ita Rufinus vertit. De hoc tradiitum nobis est quod Christi in usus fuerit, & in die Pasche, id est, in ipsis vigiliis, cum intercessione noluisse & communicare

interserto. Epiphania, ait, hodie procuramus gaudia. Querat aliquis quid interpretetur hoc verbum, scilicet quia Ἐπιφάνεια Græcè Latine dicitur apparere: Ergo quia tunc primum apparuit Salvator in mundo, ipsa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est. Quomodo autem apparuerit, requiramus, non quod in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit; sed quod tunc primum signis atque miraculis credentium cordibus Deus Christus illuminixerit, & in tenebrosas conscientias hominum fidei splendor aduenerit. Signum autem quod operatus fuit, ut diuinitatem suam hominibus declararet, & humanis mentibus tanquam nouus & inopinatus apparet, fuisse aque in vinum mutationem traxit. At Greg. Nazianz. ad baptismi Christi recordationem festiuitatem hanc referendam censebat, ut ex eius oratione quæ εἰς τὰ ἄγια φῶτα τῆς Ἐπιφανίας, inscribatur, perspicue colligimus. Vnde Leo Epist. 62. ad Episcopos per Sicilian constitutos, quosdam existimasse scribit Epiphania festiuitatem idcirco priuilegium habere baptismatis debuisse, quod in eadem die Dominus ad baptismum Ioannis accessisset. Quam tamen sententiam improbat, illius baptismi aliam fuisse gratiam dicens, nec ad eandem pertinuisse virtutem. Isidorus vero lib. 1. de Ecclesiast. offic. cap. 26. tribus ex causis solemnitatem hanc Epiphaniorum nomen inuenisse scribit: siue, quia tunc in baptismo suo Christus populis ostensus fuerit; siue quod eo die sideris ortu Magis sit proditus; siue quod primo signo per aquam vino facto, multis sit manifestatus. Quam triplicem huius festiuitatis rationem Pontius Paulinus his versibus conclusit, lib. de natali Felicis 9.

*Vi veneranda dies cunctis, qua virgine natus
Pro cunctu hominem sumpsit Deus, utque deinde
Qua puerum stelladuce mystica dona ferentes
Dupliciter videre Magis; seu qua magis illum
Iordanus trepidans laetitiente Ioanne,
Sacramentum cunctas recreandas gentibus undas.
Siue dies eadem magis illo sit sacra signo
Quo primum Deus egit opus, cum flumine verso
Permutant aquas prædulcis neclare eti.*

Isidorus porro ibidem, ex Cassiano adiicit, apud Græcos

datiuitatem Domini & Epiphaniorum solennitatem non bifariè, ut in occiduis prouinciis, sed vnius dici festiuitate celebratam. Quibus addenda sunt quæ idem auctot lib. vi. Etymolog. cap. xviii. scribit. Epiphaniorum utique diem sine strepitu judiciali forensique contentione obseruari Imp. Theod. precipit in l. 2. Cod. de seriis. Rursusque eum diem feriatum esse habendum Imp. Valent. Theod. & Arcad. constitutio edicit, quæ in l. Omnes dies. Cod. eodem tit. refertur.

Sequitur, PASCHÆ ETIAM.]

Omnium Christianæ religionis celeberrimum augustissimumque habitum ab antiquis Paschalem diem obseruati: quem illi præcipua quadam veneratione in memoriam Dominice resurrectionis semper sunt prosecuti. Beatus quidem certe Chrysostomus homilia vi i. De resurrectione Domini: Licet autem omnes solennitates que in Ecclesiis pro Dei honore celebrantur, sancte sint atque venerabiles, tamen hodierna dominica resurrectionis dies præcipuum quamdam ac peculiarem festiuitatem habet. Greg. Nazianzenus in sermone de hac festiuitate: Αὐτὸν, inquit, ἐσπέρας ἡμὲς ἐσπέρη γενικῆς παντοπλίας, ποθεν ὑπερώρθω πάστες ἡ τόπος αὐτοποιήσεις μόνος, καὶ χαμαὶ ἐρχετός, ἀλλ' ἡδη εἰς τὸν αὐτὸν καιτέργητον εἰτε αὐτῷ πελεύθερος, ἀστερὸς ἡδιος. Inter cetera vero festiuitatis huius solennia, nocte eius per vigilio transmitti consueisse, sciendum est. Tertullianus in lib. 2. ad uxorem: *Quis*, ait, (de gentili marito loquitur) nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit à latere suo eximi libenter feret? *Quis* de iure solennibus Pasche ab noctantem securus sustinebit? Quod & Eusebius hist. Ecclesiast. libr. vi. cap. xx. aperiè indicat, de Natico agens: Καὶ τόδι μεγάλην, inquit, παντὸς τοῦ πάντα διανείχεντι, τούλαντος ταῖς διεγκάρδοις ἀπολυτῆν. Et ut Rufinus vertit. Accidit aliquando in die solenni vigiliarum Pasche oleum desse luminaribus. Idem eiusdem libro 34. de Philip. Imp. τὸ τοιοῦτον κατέχει λόγος χριστιανὸν ὄντα, εἰ μέτρη τὴν ὑστέρην τὸ πάντα παντοχίδος, τὸν δὲ τὴν Εὐαγγελίας εἰργάνω τὸ πλῆθος μεταχέιρισθεντος. Quare verba ita Rufinus vertit: De hoc tradidimus nobis est quod Christi in usus fuerit, & in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis, cum inter se noluisse & communicare

mysteriū (sic enim legendum est) ab episcopo loci non prius esse permisum, nisi confiteretur peccata sua, & inter paenitentes staret. De hoc etiam per uigilio accipienda sunt hæc eiusdem Eusebij verba: εγί τας την υεράλιν εορτής πανηγύδας, όπως lib. 3. hist. legum lib. 7. Instit. diuinarum, cap. 19. Et hec ejusnox quæ à nobis proper aduentum Regis ac Dei nostri per uigilio celebratur. Cuius noctis duplexratio est, & quod in ea vitam ium receperit, cum passus est: & postea orbu terre regnum recepturus est. quæ verba ex eo nonnullis additis Isidor. lib. 6. Etymolog. cap. 17. transcripsisse videtur. Huc pertinet quod de nocte diem festum Paschæ præcedente luminibus & flammis coruscante, Greg. Nazianenus in sermo. de Pascha ita scribit: Καλέ μὲν διὰ τὴν θεοῦ λαμπεῖσθαι φωταγωγία, ἢν δίδεται τὸ καὶ δημοσίᾳ συνεισπομέδα. πᾶν γάρ οὐρανῷ πάντα μηχανῆς αἴξια πάσα δαψιλεῖται πνεὺς τὴν νύκτα καὶ φωτίζεις, εἰς τὸ μεγάλης φωτὸς απίτυπος. Idem in oratione funebri in patrem, noctem quoque eam Paschalem vigiliis transactam, & luminum splendore illustratam, ostendit his verbis: Οὐ γῆρας οὐ τὸ ἄγνωτον πάσχει τὸ φωτεῖον, οὐ βασιλιστα τὸν ήμερον ημέρα, οὐ καὶ λάμπει τὸν λόγον τὸ σκότος της αιωνίας, οὐδὲ οὐ πλεονεῖ φωτὸν τὸν συγκείαν ήμέραν αὐτὸν ιοβαζούσι. Gregorius quoque Nyssenus in oratione de festo Paschæ hoc idem perspicuè comprobat, cuius verba, si Latinè quâm Græcè loquutem audire quis malit, sunt eiusmodi: Quod oculis cernitur lumen, nocte nobis per lampadas in nube ignis praferrebatur. Sermo autem per totam noctem aures nostras circunsonans in Psalmis, hymnis, canticisbusque spiritu alibus, tanquam flumen quoddam gaudij per aures in omnium influens; nos optimasse repleuit. Quoniam hæc igitur lucida nox commixta lampadum luminibus cum matutinis radius Solis, unum continuum nullarum interpositione tenebrarum direemptum diem efficit, &c. De hac etiam Paschali nocte versus Aulonii proferam, quibus Christum sic affatur:

Ad temet properans vigilatu conuenientes.

Nox lucem reuelat funalibus anteferendam:

Nox lumen pariens credentibus indubitatum:

Nox flammis operum mediatrrix syderiorum.

Socrates quoque hist. Ecclesiast. lib. 7. cap. 5. cum de Sabato tractat, magnam ad eum confluxisse in festo Paschæ multititudinem in eis θρησκευματistarum narrat. De hac autem

tem nocte Matisconensis secundi Concilij canon primus accipiendus est, in quo ita est: *Noctem quoque ipsam quae nos superna & luci inaccessibili reddidit, spiritualibus exigant exercitis, nec dormiamus in ea quemadmodum dormitantes, qui nomine duntaxat Christiani esse nos cuntemus: sed oremus & vigilemus operibus sacris ut digni habeamur in regno coheredes fieri Salvatoris.* Hinc facilius intelligetur, quod B. Hieronymus Vigilantium scribit ideo vigilias & pernoctationes in basilicis martyrum existimasse respandas, ne Pascha crebrius celebrari videretur. Planè Procopius lib. 2. de bello Persico, Christianos festum Paschæ diem magna festiuitate celebrauisse, & primo eius die ieiunos toto die, immo & in multam noctem perstansse commemorat. Vnde Auson. in Carmine de Dominica resurrectione:

Sancta salutis fieri redeunt solennia Christi:

Et deuota p[re]ce celebrant ieiunia mystæ.

cleric. cap. 26. Catechumenus autem dicitur pro eo quod
adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen baptismum
acepit. Nam *γένηται θεος* Græcè Latine *auditor* interpreta-
tur. Et ita sanè à Tertulliano in libro de penitentia &
Cypriano libro tertio Epist. 17. & 21. Catechumeni *An-*
dientes vocantur, & à Beda noue vite *Audatores* in libro se-
cundo Commentariorum. Esdræ. Solebant autem Cate-
chumenis per totam quadragesimam præcipua fidei nostra
capita tractari atque exponi, ut ita lauacro futuro, cuius præ-
statio in Patchales ferias differebatur, præpararetur. Hoc in-
dicat B. Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Io-
hannis Hierotolymitani, cum ait: *Consuetudo apud nos huiusmodi*
dieſt, ut *ītē* qui baptizandi sunt per 40. dies publicè tradamus san-
ctam & adorandam trinitatem. Brancarensis vtique Concilii
secundi capite primo constitutum fuit, ut ante viginti
dies baptismi ad purgationem exorcismi, Catechumeni
concurrenter, in quibus diebus omnino Symbolum
fidei specialiter docerentur. Quod ab Burchardo libro 4.
cap. 8. & Yuone Carnut. lib. 1. Pannomix, cap. 75. &
Gratiano in Cano. Placuit. 10. quæſition. refertur: rur-
fusque ab eodem Gratiano repetitum est in Cano. An-

te, de consecratione, distinctione 4. vbi pro *specialiter, spiri-*
tualiter, perperam, ut quidem, existimo, scriptum est. Beda
etiam in Commentariis Esdræ, lib. 2. Non ait, vita auditori-
bus symbolum fidei tradimus quod per duodecim Apostolos ordinatum
est & coram sententiis comprehensum. Nec verò sola Catechu-
menis fides insinuabatur, sed & de moribus ad Christianam
vitam pertinentibus monebantur. Itaque B. Augustinus lib.
vnico de fide & operibus, eos qui baptizandis fidei dumta-
xat, non etiam morum præcepta tradenda ac docenda crede-
bant, reprehendit. Et B. Ambrosius lib. 1. de his qui mysteriis
initiantur, his qui ad sacrilauacri petitionem venerant, se de
moralibus cottidianum sermonem habuisse profitetur: cum
vel Patriarcharum gesta, vel prouerbiorum legerentur præ-
cepta: ut his informati assueferent maiorum ingredi vias,
eorumque iter carpere, ac diuinis obedire institutis: quò re-
nouati per baptismum, eius vita usum tenterent, quæ ablutos
deceret. Sed & Beda in commentariis Esdræ lib. 2. Pulchre,
ait, in Ecclesia hic salutis mos doctrina patrum inolevit, ut iis qui
catechisantur quatuor Evangeliorum sacramentum explanetur, ac re-
citur exordia. Post Catechumenos secundus Competentium
gradus erat. Competentes autem, vt Isidorus exponit lib. 2.
de origine Ecclesiasticorum officior. cap. 21. dicebantur, qui iam
post doctrinam fidei, post doctrinam vite ad gratiam Christi
percipiendam festinabant. Ideoque appellabantur Competen-
tes, id est, gratiam Christi petentes. Nam Catechumeni tan-
tum audiebant, nec dum petebant. Erant enim quasi hospites
& vicini fidelium, deforis, audientes mysteria, audientes gra-
tiam, sed adhuc non appellabantur fideles. Competentes au-
tem iam petebant, iam accipiebant, iam Catechizabantur,
id est, imbuiebantur instructione sacramentorum. Iitis enim
salutare symbolum tradebatur, quasi communicatorium fi-
dei & sanctæ confessionis indicium, quo instructi agnosce-
rent, quales iam ad gratiam Christi exhibere se deberent.
Quod autem ait foris stetisse Catechumenos, ex eo confir-
matur, quod auctor libri de Cœlesti Hierarch. c. 3. tradit
Catechumenis, Energumenis & pœnitentibus psalmorum
quidem cantus & sacratum scripturarum lectionem audire
licuisse: Ad ea autem quæ deinde peragebantur mysteria, nō
fuisse

fuisse admissos, sed exclusos. Isidori verò illa verba, ut ferme omnia transcripsit Rabanus Maurus in lib. 1. de institutione clericorum, cap. 26. Traditam verò ab utroque Catechumenorum & Competentium differentiam Augustini ex libro vñico de fide & operibus, subiecta verba comprobant. *An usque adeò, ait, dissimulamus à sensibus nostris, ut vel nosipso non recordemur quām fuerimus attenti atque solliciti, quid nobis præcipere ne à quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus;* atque ob hoc Competentes etiam vocaremur: vel non intuemur alios qui per annos singulos ad lauacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta vigilantia conueriant, quo studio ferueant, qua cura pendeant. Et mox: *Quod autem fit per omne tempus quod in Ecclesia salubriter constitutum est, ut ad nomen Christi accedentes Catechumenorum gradus accipient: hoc fit multo diligentius & instantius his diebus quibus Competentes vocantur, cum ad perciendum baptismum sua nomina iam dederunt.* Idem libro vñico de cura pro mortuis gerenda: *Post ista conualuit, ferrexit Hippomenem. Pascha iam appropinquabat, dedit nomen inter alios Competentes.* Ex quibus appetet baptizandos nomina dedisse: quemadmodum ex Carthaginensis quarti Concilii cap. 85. relato in Cano. Baptizandi, de Consecratio. distinction. 4. & ex eiusdem Augustini Epist. 155. ad Martianum liquet, in qua ita est: *Tua mereris scripta desidero, & te nomen dedisse inter Competentes, vel daturum esse iam iamque cognoscere.* Competentibus verò tenendam memoriter fidei & symboli contectionem datam fuisse idem auctor indicat lib. 1. Retractationum, cap. 17. *Quod & Cyprianus, sive quis alias eius libri auctor est, ostendit in Opusculo in symbolum Apostolorum in Ecclesia.* Inquiens, tamen urbis Romæ hoc non inuenitur factum, pro eo arbitror, quod neque heresis vlla hinc sumpsit exordium, & mos ibi seruatus antiquus apud eos, qui gratiam baptismi suscepturn sunt publice, id est, fideliū populo audiente, symbolum reddere, & utique adiectiones vnius saltē sermonis eorum qui præcesserunt in fide non admittit auditus. Quinetiam Synodi Laodicensis caput 46. Burchardus citat, quo eos qui ad baptismā veniebant fidem discere, &

quinta feria septimanæ maioris Episcopo aut presbyteris redere videbantur. Quod caput Græcæ sic habet: ὅτι δεῖ τὸ πο-
πολιτεῖον τὸ τίτην εἰς μαρτύριον, καὶ τὴν πεντηκοντήν τὴν ἑβδομάδαν, ἀ-
παγγέλλει τῷ θεοφόρῳ ἡ τοῦ θρησκευτικοῦ. Refertur autem &
à Gratiano in Cano. Baptizandos, de consecratio. distinctio.
4. qui verbum ἑβδομάδα; non ut Burchardus *majoris*, sed *ul-
timum septimum* veritatem Similiter & Agathensis Concilii cap.12.
Symbolum octo dies ante Dominicam resurrectionem pu-
blice in Ecclesia Competentibus tradi decretum fuisse, Bur-
chardus libro quarto cap.29. & Gratia, in Cano. Symbolum
de consecrat dubitatio. quarta. memorant. Idemque sextæ
Synodi que in Trullo habita est, capite 79. postea renoua-
tu[m] est[ur] cuius interpretatione Ballamon fidei suæ ratio-
nem baptizandos institutoribus suis qui ἀπομνημόνι
dice-
bantur, reddidisse significat. Ceterum Catechumeni, vt Isi-
dorus libro primo de orig. Ecclesiast. officior. capite 21. scri-
bit, Exorcizabantur primum. Nam vt Beatus Augustinus
libro vnico de Ecclesiast. dogmatibus auctor est, in vni-
uersis Ecclesiis uniformiter id obseruabatur, vt siue parvuli,
siue iuuenes ad baptismum venirent, non prius fontem vi-
tae adirent quam exorcismis & exufflationibus clericorum
spiritus ab eis immundus abigeretur. Exorcismum autem
Isidorus definit sermonem increpationis contra immun-
dum spiritum in energumenis sine Catechumenis factum:
per quem ab illis nequissima diaboli virtus & inueterata
malitia vel violenta incurcio expulla fugabatur. Quem ri-
tum in baptismum inductum lunatici exemplo docet, quem
increpauit Dominus & exiuit ab illo dæmonium, vt
habetur Matthæi 17. capite. Potestatem autem diaboli ex-
orcizari & insufflari in Catechumenis idem scribit: vt ei
renuntient atque erui à potestate tenebrarum in regnum
Domini sui per sacramentum baptismatis transferantur.
Quod in parvulis, quia per se renuntiare non possunt,
per corda & ora gestantium adimpletur. Optatus Mi-
leuitanus Episco. libro quarto. *Neminem fugit quod omnishomo*
*qui nascitur, quamvis de parentibus Christianis nascitur, siue spi-
ritu immundo e[st] se non posse, quem necesse sit ante salutare lan-
cram ab homine excludi, & superari.* Hoc exorcismus opera-

tur, per quem spiritus immundus depellitur & fugatur. Et postea:
 Vos baptizando exorceretur hominem fidelem & dicitur, Maledicete eis
 foras. Exusflatos plane & exorcizatos fuissent infantes, in cum-
 que ritum omnes per totum orbem diffusas Ecclesias vna-
 nimer consensisse B. Augustinus aliis insuper locis testa-
 tur. Libro secundo De nuptiis & concupiscentia
 ad Valer. comit. Ac sic, inquit, accusat Ecclesiam toto orbe, diffus-
 sam: in qua utique omnes baptizati infantiles non ob aliud exuf-
 flantur, nisi ut ab eis princeps mundi mittatur foras, à quo necesse est
 wasare possideantur, cum ex Adam nascentur si in Christo non re-
 nascuntur. Idem libro secundo ad Calestium de peccato ori-
 ginali: Ipsa sancta ecclesia sacramenta satis indicant parvulos à partu
 eius in recentissimos per gratiam Christi de diaboli seruicio liberari. Ex-
 cepero enim quod in peccatorum remissionem non fallaci; sed fideli my-
 sterio baptizantur, etiam prius exorcizatur in eis & exusflatur poten-
 tias contraria, cuietiam verbis eorum à quibus portantur se renuntia-
 re respondent. Idem libro tertio contra Iulian. Pelagian. Lauan-
 tur, sed non abluuntur, exorcerantur & exusflantur, sed à potestate
 diaboli non eruunur. Et tursus lib. 6. contra eundem Iulian. Sed
 verum est tamen quod antiquius veraci fide catholica predicatorum, &
 creditur per ecclesiam totam: quae filios fidelium nec exorcizaret, nec
 exusflaret, si non eos de potestate tenebrarum & à principe mortis eruc-
 ret. Idem August. lib. 3. contra epist. Parmeniani ad fin. Orbis
 terrarum bsp: mis exusflatur. Idem lib. 2. contra Cresconium,
 c. 3. Quid exusflatis? quare rebaptizatis? & c. 4. Cum apud nos iam
 baptizatum nec capisci dicunt esse Christianum, cum tanquam pa-
 ganum exusflant, cum catechumenum faciunt. Et lib. 5. hypognos-
 tic. contra Pelagianos: Falsum de parvulis contineat, qui propterea
 catechizantur & exusflantur ac baptizantur. ut princeps mundi
 huius diabolus ex eis foras mittatur, aut si non in illis diabolus
 ex usflatur, cuius opere, id est, virtuo peccati per Adam teneretur
 obnoxii, dicite, cur imagini Dei sit iniuria? verum opinor quod
 eis baptismo vestro baptizandis minime exusflatis, ne non imagini
 Dei, sed diabolofaciatis iniuriam. Idem Epistola centesima quin-
 ta ad Sixtum: Circumsplicantur enim & diuinorum ac Et rituale le-
 Elionum & antiquitus tradito & recte firmo Ecclesie rite in
 baptismate parvulorum, ubi apertissime demonstrantur i' fantes &
 cum exorcerantur, & cum per eos à quibus gestantur renuntia-

respondent, à diaboli dominatione liberari. Ex mox: *Quid ad hoc respondeant quod exorcizantur & exufflantur infantes? hoc enim proculdubio fallaciter sit, si diabolus in eis non dominetur.* Huic exorcismorum muneri praeerant olim in Ecclesia quos *Exorcistas* appellabant: quos Isidor. lib. 7. Etymologiarum cap. 12. Latine adiurantes verti posse ait, indeque nomen accepisse, quod super catechumenos vel super eos qui spiritu immundo torquerentur, nomen Domini nostri Iesu Christi invocarent, adiurantes per eum, ut egredieretur ab eis: Cuius verbi vim etiam B. Augustinus in lib. de beata vita, sic explicat. *Vellere*, ait (de spiritu autem immundo loquitur) qui extrinsecus inuidit accumen, sensusque conturbat: & praeiudicium hominibus infert furorem: cuius excludendo qui praesunt manum imponere, vel exorcizare dicuntur, hoc est, per diuinam eum adiurando expellere. Cyptianus epist. 7. lib 4. Quid hodie etiam geritur ut per exorcistas voce humana potestate diuina fiat electio & vratur ut corqueatur diabolus. Quod eorum officium Pontius Paulinus in carmine de Natali Felicis i. his versibus declarat.

Inde gratum caput cui munus voce fideli

Admirare malos & sacri: pellere (sic enim emendo) verbis

Vnde idem auctor Epist. 5. ad Amandum ad fi. Exorcistam demonis terribilem dicit. Cui rei Iulius quoque Firmicus religionis licet nostrae expers, testimonium dat lib. 2. Mathes. cap. 5. *Eruunt, inquiens, omnibus dæmonibus terribiles, quorum aduentum prævi demones suos iit: & qui sic laborantes homine non vi verborum, sed sola sui ostensione liberent, & quamvis sit violentus dæmon qui corpus hominum, animumque; quaciat, siue ille æreus sit, terrenus aut infernus, istius hominis iussione fugire, quia præcepit cum quadam veneratione te: ebitur. His sunt qui à vulgo Exorciste dicuntur.* Id est eiusdem lib. cap. 9. *Faciet Exorcista, & qui laborantes dæmonum incursione homines apatis remedius liberent. Exorcismis ergo Catechumeni ab immundi spiritus potestate liberabantur.* Vnde Beda in Commentariis Regum, lib. 4. R. t. ait, ordinis est, ve doctores veritatis prius ab auditorum præcordiis omnem spiritum immundum exsufflando, & catechizando abigant: & sic eos qui fuerat casta de nonum, sed factis ampo, Jessio spiritualis Israel, societas foris

sanctorum, mysteriis salubribus imbueda aggregent. Sed & icin-
nius Catechumenos purgari & ad baptismum preparari con-
sueuisse, non Socratis modo à me supra ex libro. 7. histor.

Eccles. prolatuſ locus, verumetiam Burchardus cum Gra-
tiano indicat, qui ex Concilii Carthaginensis quarti, capitulo
77: dogma proferunt, quo baptizandi nomen suum dāre &
diu sub abstinentia vini & carnium & manus impositionis
crebra examinatione baptismum percipere iubebantur, ut
refertur in Cano. baptizandi, de consecratione, distinct. 4.

Hinc Tertullian. in libro de baptismo: *Ingressuros, ait, baptismum orationibus crebris, reiunis & geniculationibus, & perutileis orare oportet & cum confessione omnium retro delictorum.* Idem e-
tiam Balsamon in Commentariis ad capite. 45. Synodi Lao-
dicensis comprobat: Sal præterea in mysterio Catechumenis
dari à patribus institutum, Isidorus lib. 2. de Ecclesiast. offit.
capite. 20. testis est, ut eius gustu cōdimentum sapientie per-
cipierent, neque dissiparentur à sapore Christi, nec essent fa-
tui & retro respicerent, sicut vxor Loth. Et ideo sale initia-
ri solitos Catechumenos Beda in libros Regum scripsit, ut
est à Gratiano relatum in Cano. Sal cœlestis, de consecratio.
distinct. 4. Aquam autem baptismatis adituri, sed & aliquā-
to prius, in ecclesia sub antistitis manu contestabantur se re-
nuntiate diabolo, & pompe & angelis eius, quemadmodū
Tertullianus in libro De corona militis scribit: Ex quo idem
in libro. De habitu muliebri: *Hi sunt, ait, nimurum angels quos
indicaturi sumus. Hi sunt angeli quibus in lauacro renunciamus.* Idē
in libro de spectaculis: *Cum aquam ingressi Christianam fidem
in legis sue verbis profitemur, renunciare nos diabolo & pompe & an-
gelis eius ore nostro contestamur. Angelos enim quos iam à Deo obli-
berum arbitrium profugos factos, quorum princeps est qui dicitur dia-
bolus.* B. Augustin. in lib. de Corruptio. & grat. scribit, quibus
vtique in baptismo abrenuntiari consueisse, Basilius Ma-
gnus in libro. de Spiritu San. 20. c. 27. tradit his verbis: *Αλλα
δι' οὐτε τοῦ Βασιλεῖαν, δι' οὐτε τῆς Σατανᾶς οὐδὲ τῆς αἵγα-
λοις αὐτῶν, οὐκ ποιεῖται γέρει: οὐκ εἰ τὴ ἀδημοπάντη ταύτη
ἡ πόστοις διδασκαλίας οὐδὲ πόστοις μονήτρας η ἀπεισεγένεται
ταῦτα οὐ πατεῖται; ιψαὶ εργάται τοις διδασκαλέσι τὰ
μυστήρια ταῦτα σωτῆρι διαστέλλουσι; ἀγαθὸν οὐδὲ πολὺν εἶσι*

τοῖς ἀμάντοις, τούτοις πᾶσας ὡς ἔρε; τὸ διδασκαλίας Ἰησοῦ
βέβαιο εἰς γεγάμασι; Quorum verborum huiusmodi apud
Gratian.in Cano. Ecclesiasticarum distinctio. II. translatio
reperitur. Huc accedit quod ter immergimus (sic enim legendum
est) quod baptizatos oleo ungimus, verbis abrenunciare Satanae &
angelis eius informamur. Vnde & hec, & alia in hunc modum
non pauca, nisi quia tacita ac mystica traditione à patribus Ecclesiasti-
co more, reverentiori diligentia, sunt in mysteriis obseruata silenti-
tis, quam publicata scripto? Huius quoque ciceronianis Origenes Homilia 8. in Exod. meminit. B. Ambros. Exæ-
meri libro. I. capite. 4. Deserit, inquit, qui abluitur, intelligi-
bilem illum Pharaonem principem istius mundi, dicens, Abrenuncio
tibi diabolo, & angelis eius, & operibus tuis & imperiis tuis. Idem
Ambrosius in libro singulari de his qui mysteriis initian-
tut. capite. I. Ingressus es iam regenerationis sacrarium, repece
quid interrogatus sis: recognosce quid responderis: renuntias li diabolo,
& operibus eius. mundo, & luxurie eius ac voluptatibus. Et mox
Ingressus igitur, ut aduersariū tuum cerneres cui renuntiandum mox
putares, ad orientem conuerteris. Qui enim renuntiat diabolo, ad
Christum convertitur, illum directo cernit obtutu. Ex quo col-
ligitur post abrenuntiationem ab Occidente ad Orientem
conuerti solitos baptizandos. Quod paulò copiosius Dio-
nys.lib. de Ecclesiastica hierarchia, c. I. exponit, cuius verba
Latinè potius, ut sunt ab interprete reddita, quam Græcè,
planioris intelligentiae causa, referam: nec verebor ipsum
penè integrum caput referre, quod ad baptismalium cere-
moniarum, de quibus agimus, tractatum apprimè pertineat.
Sic autem habet: Porrò qui tam sublimissimam ac tam celestium mu-
nerum sacro fuerit desiderio & amore captus, accedit ad aliquem ex
fidelium numerā, oratque ut se ad Pontificem ducat, secuturum om-
nia que sibi eridentur penitus atque ex toto animo spondens: precatur
que, cum ut se adducat, cum ut reliqua deinceps g̃renda vita sua sus-
cipiat curam. Illum, & si salutis eius sacro amore succenditur, celis-
tudinem tamen rei humanamque infirmitatem metentem, continuo
horror & angustia difficultatis inuadit. Postremo tamen facturum
quod ille postulat, benignissime pollicetur: assumensque hominem ad
Pontificem ducit: Ille magna cum lētitia (non secus quam oculi
perditam) in humeris virum suscipiens, primum quidem secreta

ex corde gratias agit, tum in orantibus quoque habilem sternitur, adoratque supplex, atque veneratur sumnum illud beneficiumque principium, à quo & vocando vocantur, & saluenda saluentur: denique sacros omnes gradus ut sibi cooperentur, ac pro salute viri simul congrudeat etiamque di una clementia gratias, in sanctam Ecclesiam cogit: atque itinero quidem hymnum aliquem sacris libris insertum simul cum omnibus Ecclesiis ordinibus cantit. Post hæc de osculariis sanctis alteribus ad virum abstinentem proficiuntur, percontaturque ab eo quidnam volens conuenierit. Illo autem (iuxta quod à suscepere suo fuerat doctru) impietatem & veri boni ignorantiam accusante, ac diuine vice opere eam iuris fuisse substitutum im gemiscente, atque orante ut eius sacraissimo munere ac prece, Deo diuinisque mysteriis frui mereamus, cœlesti urei, opere ex integrō totō que corde accedere ad Deum per canēla perfectum & immiculatum. Tum diuine quoque conuersationis ac vita illi explicans rationem, an ita velit deinceps vivere scilicet. Quod ubi illi pollicitus fuerit, imponit eius capitī manū, consignansque illum, sacerdotibus mandat, ut virum susceptorem describant. Postea vero quam illi descripsere sacram effundit precem, quam cum secum omnis Ecclesia terminauerit, discingit quidem ipsum, ac ministrorum manus exiuit. Deinde occidentem versus illum statuens, intendente, manu que impingeantem ad eandem regionem conuersas, insufflare illum ter, at anam iubet, ac præterea abrenuntiat onem proficeri. Et cum post trinam abrenuntiationis confessionem, tertio se illa ab renunciare professus fuerit, ad orientem illum traducte, aspicientemque in cælum, atque intendentem manus Christo sacrisque omnibus diminitu traditis consentire iubet. Ad Orientem sane conueritos qui Deo preces fundunt, Ecclesiæ non scripta, sed ab Apostolis profecta traditione auctor libri Responsorum ad Orthodox. quæstio. 118. & Basil. Magnus, c. 27. de Spiritu sancto ad Amphilioc. memorant. Ut autem ad illam à qua diuertimus, abrenuntiationem redeamus, Chrysostomus Homilia 21. ad populum Antiochenum qua baptizandos instituit; locu, ait, recorderis quam cum sacra insuetueris, emisisti, Abrenuntio tibi Sarana & pompa & cultui tuo. B. Augustinus libro primo, de nuptiis & concupiscent. ad Valer. Comit. ab hac igitur posestate tenebrarum, quarum est dicitur.

princeps, id est à potestate diaboli, & Angelorum eius quisquis erui cum baptizantur, negaverit paruulos ipsorum, Ecclesia sacramentorum veritate conuincitur. Et mox: In veritate itaque, non in falsitate potestas diabolica exorcizatur in paruulis: ei que renuntiant, quia persuasi non possunt, per orationem, ut eritis à potestate tenebrarum in regnum sui Domini transferantur. Tractat &c de hac in baptismo usurpata ab renuntiatione B. Bernardus in sermone de duplice baptismo. Non tantum autem dicit olo ab renuntiare, sed & fidei sue professionem edere baptizandum iussum certissimum est. Tertullian, in libro de spectacul. Cum aquam ingressi, Christianam fidem in legi sue verba profitemur. Cyprianus Epist. 12. libro. 1. Sed & ipsa interrogatio quae fit in baptismo, resili est veritatis Nam cum dicimus, Creditis in vitam eternam, & remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari. Apud hereticos autem ubi Ecclesia non sit, non posse peccata dimitti. Ambrosius libro. vnioco, de his qui mysteriis initiantur, cap. 4. Tu autem baptizatus es in nomine trinitatis: confessus es patrem, recordare quid feceris, confessus es filium, confessus es spiritum sanctum: Et capite 5. Descendiisti igitur, recordare quid responderis, quod credas in patrem, credas in filium, credas in Spiritum sanctum. Proinde duabus in baptismo passionibus fideles adstringi, Isidor. libro. 2. de offic. Ecclesiast., capite 24. notat. Vna quidem passione diabolo & pompis eius renuntiari; Altera vero fidei in patrem & filium & Spiritum sanctum contestationem confessionemque fieri. Pro paruulis autem, parentes aut alios à quibus baptismo offerebantur, ad eiusmodi interrogata respondisse, ostendit B. Augustin. Epist. 23. ad Bonifacium. Quando, inquiens, ad baptismum offeruntur (de infantibus loquitur) pro eis parentes tanquam fidei doctores respondent: & dicunt illos facere quod illa etas cogitare non potest, aut si potest, occultum est. Interrogamus enim eos à quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum: de illa etate que virum Deus sit, ignoret. Respondent, eredit, & ad cetera sic respondeant, singula que geruntur. Vnde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro paruulis respondere, ut dicant cum tanta bona facere, quæ ad horam qua baptizatur, baptizator interrogat. Ideoque eos qui paruulos offerent & sponsores pro eis fierent, periculo ingeri Tertullianus dicit

dicit in libro de baptismo, quod prouentu mala indolis falli possent. Iamque certius exploraret ut post Satanæ renuntiationem sacra verba datæ fidei radicibus Catechumeni defixissent, Scrutinia fieri olim solita Rhenanus ex Burchardo admonuit. Qua de re Ruperti Tuicensis, ex libro. 4. de diuinis offic. capite. 17. subiungam, ex quibusc verbi non ita triti ac peruulgati vis ac potestas innoteſcat.

Scrutinia, ait, dicuntur à scrutandi, videlicet quia perscrutandum erat in his qui accedebant, ne aliqua radix amaritudinis subeſſet, veluti fuit in Simone Mago, in hereticis & heresiarchis quam plurimi, ut sancti non illis darentur nisi prius Christiana fides in mentibus eorum radices aetas fixisset. Et capite 21. Iuxta ordinem, ait, usque in sabbatum in vigilia Pasche septem agebantur Scrutinia, unde septenario numero implerentur Catechumeni, daretur illis gratia septiformis Spiritus sancti. Quorum primum erat. tertia quadragesima hebdomada feria secunda, qua magnum quartæ feria scrutinium sic erat ad Catechumenos pronuntiandum. Scrutinijs diem dilectissimi fratres, quo electi nostri diuinatus instruantur imminere cognoscete: ibidemque sollicita devotione sequenti quarta feria circa horam tertiam conuenire dignemini, ut celeste mysterium, quod diabolus cum sua pompa destruitur, & ianuare regni celestis aperitur in culpa- bili mysterio peragere valeamus. Item feria quarta finitis missarum solemnis annuntiabat presbyter, ut in ipsa hebdomada reverenteretur ad scrutinium, ita dicendo Die sabbati veniente, colligit eis tempore ad ecclesiam illam, donec septen (ut dictum est) scrutinia complerentur. Atque eo sensu scrutari Catechumenos B. August. dixit, Enimuero in Paschali festiuitate Catechumenos contenta voce citati atque ad baptismum conuocari moris fuisse Basilius Magnus homilia de baptismo significare videatur. Quinetiam eos cervice inclinata, in humilitate pedum cum cilicio in Ecclesiæ conspectum sigillatum productos, B. Augustin. libro. 2. de symbolo, capite 1. significat, cum ait: *Hac nō te circa nos aēlum est, quod ceteris noctibus aēlum non est, quod ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiæ: ibique cervice humiliata, quæ maleſuerat ante exaltata in humilitate pedum cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extirparetur diabolus superbus, dum super vos invoca-*

tus est humiliter altissimus Christus. Idem libro quarto de symbolo: Omnis, ait, sacramenta que ab ea sunt & aguntur in vobis per misericordiam seruorum Dei exorcismis, orationibus & cantibus, spiritu & ipsis insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicis, humiliante pedem, paucis iste securitate appetentibus. Hec omnis, ut dixi, esse sunt que vos reficiunt in utero, ut renatis in baptismate hilares vos mater exhibeat Christo. Ita catechumenos priusquam ad baptismi gratiam admitterentur, deprimendos humiliandoque veteres censuerunt: quos & a fidelibus separatos nec ecclesie precationum participes factos Chrysostomus Homilia septuagesima nona tomis quinti, & homilia vicesima quarta in caput Iohannis tertium docet, Laudicens utique Synodi capite. 19. metra tunc; θεοκόπων ὄμηλιας; idem τὸν κατηχουμένον εὐχῶν θεοπλέν. Quod constitutum fuit: id est, Post Episcoporum homiliae catechumenorum prestationes separatim fieri: deinde Ecclesia eos abigi. Merito autem metra tunc. ὄμηλια: quoniam Episcopos verbum veritatis tractantes Catechumeni audiebant, ut ex Beati Augustini libro. 6. confession. capite tertio liquet. Arausicanis insuper Concilii capite 18. & 19. & 20. catechumenis Euangelia non legi: ab apostolice quoque aditu eos repelliri & segregatos praceptis fidei informari; signandosque ac benedicendos scorsim a fidelibus offerri, praceptum est. Quinetiam ab alteri penitus exclusos, & dum sacris operarentur Ecclesia ministri, procul ire eos Leuitarum voce iussos, indeque Missa vocabulum fluxisse, Isidorus libro. 6. Etymologiarum, capite 16. tradit. *Missa*, inquiens, tempore sacrificii est quando catechumeni foras mittuntur: clamante Leuita, Si quis catechumenus remansit, exeat foras: & inde missa quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur. Quod & Dionys. libro de Ecclesiast. Hierarch. testatur, qui post psalmorum cantus, & sacrae scripturarum lectionem ἵξεται τὸν ιερὸν; οὐτεγάγει τὸν κατηχουμένον scribit, ut & Arreptitos ac Poenitentes: remantisseque dumtaxat τὸν τὸν τὸν διεσπαζόμενον καὶ κοινωνίαν ἀζήσιον. Cruce plane signatos fuisse catechumenos Beatus Ambrosius testatur libro unico de his qui mysteriis initiantur, capite 4. Beatus Augustinus libro.

§. de catechizandis rudibus: His dictis interrogandus est an hec credat atque obseruare desiderat. Quod cum responderit, solemniter utique signandus est, & Ecclesiæ more tractandus. Idem libro secundo de Symbolo Catechumenos alloquens. Nondum quidem adhuc per sacram baptismum renati est: sed per crucis signum in utero sanctæ matris Ecclesiæ iam concepti est. Et iterum libro tertio de Symbolo: Dum per sacram summum crucis signum vos suscepit sancta mater Ecclesia: quæ sicut & fratres vestros cum summa letitia spiritualiter pariet: noua proles futura tanta matris, quoisque per laetacrum sanctum regeneratos mox luci restituatur. Theodoritus quoque idem signaculum (quod *σταυροῦ σφεγγίδα* vocat, & Dionysius *ταυροῦ σφεγγίδα*. libro Ecclesiæ hierarch. capite 5.) his qui gratiam Christi accepturi erant, imponi solitum ostendit libro quarto histor. Ecclesiast. capite 18. Dextra vero id signaculum imprimi in Ecclesia receptum admonet auctor libri Responsion. ad Orthodox. in responsio. ad questio. 108. Quando autem de catechismi solemnibus haec tenus sparsim ac promiscue egimus, ut eius tota ratio lectoribus constet, Rabani Mauri verba, quibus catechismi formam sua ætate (vixit autem ad annum usque D. CCCIV.) obseruatam describit, subiicere, & quatenus antiquorum patrum traditionibus consentiant, quæ ab eo traduntur, excurrere non pigebit. Hunc vero ille libro primo de institutione clericorum. capite 27. catechizandi ordinem fuisse scribit, ut primum interrogaretur paganus an abrenuntiaret diabolo, & omnibus damnosis eius operibus atque fallacibus pompis. Deinde Apostolicæ fidei Symbolum ei ostensem: qualitumque ab eo, an crederet in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum & in Spiritum sanctum, unum Deum trinitate & unitate, an confiteretur unam esse Ecclesiam catholicam, & an crederet remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem. Posteaquam vero ita se per confessionem veræ fidei in alterius commendasset dominium, & per abrenuntiationem prioris possessoris se alienasset seruitio, exusflatam tunc ab eo fuisse suam potestatem, ut per prius sacerdotis mysterium Spiritui

Augustinus lib.8. Confessionum, cap.2.& lib.9. cap. 6. planū facit. His fidei Christianæ summam in certis ac conceptis symboli verbis comprehensam, traditam fuisse quam memoria mandarent, mandataque postea redderent; idem B. Augustinus innumerabilibus prope locis, maximeque quatuor suis de Symbolo libris testatum reliquit. Et quidem Dominica in ramis Palmarum (ut vocant) Symbolum competentibus traditum, propter confinem Patch.e solennitatem, ut qui iam ad Dei gratiam festinabant, quam confiterentur, fidem cognoscerent, Itidorus lib.6. Etymologiarum, cap.18.& lib.1. de Ecclesiast. offic. cap.27. tradit. Itaque inter Beati Augustini opera Sermo refertur eo Palmarum die habitus, cuius huiusmodi est exordium : *Symbolum quod vobis tradituri sumus* (fratres charissimi) *comprehensio est fidei nostre, atque perfectio simplex, breve, plenum, ut simplicitas consulat audientium rusticitati, breuitas memorie, plenitudo doctrine.* Quod enim Græcè Symbolum dicitur, Latine collatio nominatur. Collatio ideo, quia collata in unum totius catholicæ legis fides symboli colligitur breuitate, cuius textum vobis D:o annuente dicemus. Alius etiam ad Competentes inscriptus sermo eodem die prolatus legitur, cum tali proemio: *Hodie fratres charissimi, speci istorum ad Competentes humilitatis nostra sermo dirigitur. Et quanvis omnibus etiam fidelibus baptizatis admonitio nostra conueniat, & unusquisque qui de animo sua salute sollicitudinem gerit, unde proficere possit, credimus quod in ista humili suggestione nostra reperiat, peculiari ter tamen eos qui nunc baptismi sacramenta desiderant, volumus adornare.* Primum ergo Competentes isti quare hoc nomine vocentur, agnoscant. Competentes dicuntur, simul petentes quomodo considentes nihil est nisi simul sedentes, & colloquentes nihil aliud nisi simul loquentes, concurrentes sine dubio non intelliguntur nisi simul currentes, ita & Competentes non possunt aliud intelligi nisi simul petentes. Sic autem traditum Competentibus Dominica palmarum Symbolum, eis per ultimam quadragesimæ hebdomadam ediscendum alia que mente reponendum relinquatur. Exigebatur vero ab eis sabbato Paschali, quo die Competentes symbolum reddidisse, ex sermonib. à B. August. eo die habitis, patet. Nec non ex Homilia 42. de commendatio. orationis Dominicæ, in qua ita eos alloquitur: *Quicumque autem vestrum non bene symbolum reddiderunt, habent spatium, teneant, quis*

die sabbati audientibus omnibus qui aderunt, redditum estis, die sabbati nouissimo, quo die baptizandi estis. Romæ autem competentes fidem suam ex loco æditori in conspectu populi fidelis profiteri consueuisse auctor est B. August. lib. 8. Confessio. cap. 2. quo de Victorino rhetore in hunc modum scribit: Denique ut ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ verbis certis, conceptis, retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet, ab eis qui accessuri sunt ad gratiam, cum oblatum esse dicebant Victorino à presbyteris ut secreta redderet sicut non nullus qui verecundia trepidat ut videbantur, offerri mos erat: Illum autem diuissimam salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri. Quam etiā Romanæ Ecclesiæ consuetudinē Cypriani ex lib. de symbolo, à me supra prolatus locus testatur: Post redditum vero à Cōpetentibus fidei regulam eodem sabbato Paschali protinus orationem Dominicam, quam ad octo dies redde rent, eis traditam fuisse, indicat sermo quartus, sabbato Paschæ ab eodem August. de expositione orationis Dominicæ post redditum symbolum habitus. Indicat, & ciuidē homilia 42. de commendatione orationis Dominicæ. Iam signaculi Dominicæ impositionem, quam Rabanus exsufflationi subnecti, ipsis Ambrosij & Augustini temporibus obseruatam, vslitatamq; fuisse suprà probauimus: De salis verò in os ingestionem haud scio (nec enim temere quicquam adfirmare ausim, ac ne si ausim, velim quidem) an certa aliqua possit ex vetustiorum monumentis auctoritas proferri: Sale quidem certè initiatos Catechumenos Isidorus, qui circiter annum D. cxxx. floruit, & Beda qui usque ad annum D. ccc. xxxii. vixit, docent, ut testimonia à me ex eorum scriptis supra proleta comprobant. Eoque forte (non enim satis liquet) pertinet concilii Carthaginensis tertii Cæsario & Attico viris clarissimis Coss. id est, iuxta Mariani Scotti suppurationem, anno Christi ccxcviiii. Syricii Pontificis temporibus gesti, caput quintum, in quo ita est: Item placuit ut persolennissimos Paschales dies sacramentum Catechumenis non detur, nisi solium soli quis si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oporeet mutari. Eodem etiam videntur referenda B. Augustini ex libro 1. Confessionum, capite ii. verba: Audieram enim ego adhuc puer de vita eterna nobis pro-

missa per humilitatem Domini Dei nostri descendens ad superbiam
 nostram & signsbariam signo crucis eius, & condicabar eius sake.
 Quod verò ad narium atque aurium contrectationem atti-
 nent, eius ritus sine villa tamen sputi adhibiti mentione,
 Ambrosius non uno loco meminit: veluti libro prima de
 Sacramentis, capite prima. Ergo, ait, quid egimus sabbato? Nempe
 apertissimum. Que mysteria celebratas n. Aperitionis, quando aures
 tibi tetigit sacerdos & nates: Quid & significat Dominus noster Ies-
 sus Christus in Euangelio: cui cum oblatus esset surdus & mutus, te-
 tigit aures i. e. eius. Aures, quia surdus erat: O! quia mutus, &
 ait, Epheta, quod Hebraicum verbum est, quod Latine dicatur, Adap-
 periire. Ideo ergo sacerdos aures tibi tetigit, ut aperiatur aures tuæ ad
 sermonem, & eloquium sacerdotis: Fit & huius apertissimis rursus
 mentio apud eundem lib. unico, de his qui mysteriis initian-
 tur, cap. i. in quo ita est: Aperiuntur aures & bonum odorem vi-
 te eternæ in hi. atrum vobis munere sacramentorum capite: Quid vobis
 significavimus cum apertissimi celebrantes mysterium, diceremus, Ephata,
 quod est, Adipiri, ut venturus unusquisque ad gratiam, quid in-
 terrogaretur cognosceret, quid responderet meminisse deberet: hoc myste-
 rium celebravit Christus in Euangeliō, sicut legimus cum mutum cu-
 raret & surdum. Sed illos tetigit, quia & mutu curabat & virum. In
 altero, ut os i. us infuse sonum vocis aperiret: in altero, quia tactus i. be
 viru decebat. feminā non decebat: At Beda, ut ex eius lib. i. Hom.
 19. Yuo Carnut. refert morem in Ecclesia inoleuisse scriptum
 reliquit, ut sacerdos illius, his quos percipiendis baptismi
 sacramentis præpararent, prius inter cetera consecrationis
 exordia, de saliuia oris sui nates tangerent, & aures, dicentes
 Ephata. Per saliuam quidem oris sui g. istum quo initi-
 andi sunt supernæ sapientie designantes. Per tactum verò
 narium, ut abiectis delectationibus noxiis, solum Chri-
 sti semper amplectantur odorem. Sequitur de Catechu-
 menorum vñtione oleique illinitu dicere: de cuius titus
 probatione non laboraremus, si de Epistola qua Beati
 Clementis nomine circumfertur, inter omnes conueni-
 ret. Sic enim illuc, prolix Clementem Latine loquentem
 nobis Russinus reliquit, scriptum est: Baptizetur unusquisque
 in aqua perennibus nomine trinitatis beatitudinis inuocatio super se per una-

Eius primo oleo per orationem sanctificato, ut ita deum post haec consecratus posset percipere locum cum sanctis. Similiter Dionysius, cui vel stylus ipse orationisque grauitas magnum vetustatis specimen praebet, libro de Ecclesiastica hierarchia, Antistites oleo baptizandos inunxit, vnde que inchoata cum qui baptizabatur toto corpore inungendum sacerdotibus tradidisse scribit. Basilius Magnus de Spiritu sancto ad Amphiphiloch. cap. 27. εὐλογεῖσθαι, ait, τὸ ἐλαύον τῆς ἁγίων, καὶ πρεσβύτεροι αὐτὸν τὸ Βαπτιστήριον, οὐδὲ ποιῶν ἕργον παραπάντας καὶ μηδέν τοῦ διδασκαλίου; τὸ δὲ αὐτὸν τὸ ἐλαύον τὸν ἁγίον, τὸ λόγος γαγγανθίσκει: id est, Benedicimus aquam baptismatis, & oleumunctionis, insuperque eum quis baptizatur, ex quibus scripturam nonne à te recitat? Arcana traditione? Ipsam vero oles illuditionem quæ doctrina scripta docuit? Nicephorus de Constantini Imperatoris baptismō tractans, lib. 7. cap. 33. Etiam ait, oleo unctus, lanacrum ille ingreditur, atque more recepi oī sanctissimā trinitatis fit invocatio. Sed & B. Augustini ex Homilia ad Neophytos verba, Yuo Carnutensis primæ decretorum patris, cap. 193. & Gratianus in Cano. Prima igitur, de consecratio. distinctio. 4. longam verborum Ieriem citant, ex qua baptizatorum, priusquam ad fontem sanctum venirent, aures & nares oleo benedictionis oblitas, vñctasque fuisse secundum Ecclesiasticam traditionem, quæ tunc temporis ab hominibus catholicis sacerdotibus obseruaretur, apparet. Quod canimur ratione factum exponitur; quia introitus totius sanctæ doctrinæ ad animum per aures admittitur & de auditu intellectus exoritur. Adhibita ergo auribus vñctio, hoc significabat, vt omnes extra disciplinam sermones quasi doctrinæ Christi obloquentes auersarentur ac fugerent, & ad solius Dei verba audienda aures suas eloquii Christi consecratas accommodarent. Nares vero eodem modo vñctas, vt qui ad baptismum veniebant, admonerentur tanti mysterii sacramentum usque ad mortem inuolatum & integrum custodiare: vt quamdiu spiritum naribus traherent, à Christi cultu non recederent. Ad hæc illius olei quod in Christi nomine & virtute benedictum esset, odorem baptizandos ad odoratum prouocasse spiritalem, vt ad corporei sensus similitudinem mentis sensibus Christi suavitatem odorarentur, ac perciperent.

ciperent. His igitur præuiis ceremoniis baptizandus ad fontem accedebat: quem auctor lib. Responsion. ad Orthodox. quæstio. 137. & Socrates lib. 7. histor. Ecclesiast. capite 17. & Zouaras in Leone Iсаuro, & alii κολυμβήσει vocant. Dionysius alii ἀγορικὴ μητέρα τὸν πόνον in lib. De cœlesti hierarchia. Fons portò in basilicis proprio & baptisimi officio specialiter dicato loco concludebatur: cuius appellationem Latini verborum inopes, à Gracis mendicantes, locum cum bapteſteriis nuncupant: Græci suum illud Latinis commodatum verbum intempestiuè repeteret nolentes, φωνίζον dicunt. Ambrosius regenerationis sacrarium appellat lib. vn. de his qui myster. initiant. cap. II. Extat Paulini ad Seuerum Epistola, qua duas ab eo factas basilicas, baptisterio, quod vtriusque pariter vñibus deseruit, interposito, narrat. Quam in dispositio- nem ac structuram ludit his versibus:

Iste duas inter duas si culminis aulas,

Turrito fontem regmine conficit.

Lata nouos geminū partus Ecclesia mater

Excipiet sinibus, quos aquæ proculerit.

Aula duplex tectis, Ecclesia testamentis,

Vna sed ambobus gratia fontis adest.

Alios præterea de ipso baptisterio à se conditos versus, idem,

Paulinus memorat, quos itidem adscribam:

Hic reparandarum generator fons animarum,

Vix in diuino lumine flumen agit,

Sanctus in hunc cælo descendit spiritus amnum:

Celestique sacra fonte maritat aquas.

Concipit unda Deum sanctamque liquoribus almis

Edit ab eterno semine progeniem,

Mira Dei pietas, peccator meroritur undis,

Mox eadem emergit iustificatus aqua.

Id vero baptisterium Seuerus aliquot picturis virorum sanctitate præstantium exonarat, ut emergentibus è sacro fonte sequenda, imitan dâque eorum facta ob oculos propone- rentur. Fons autem hic, vbi tingendorum Competentium dies cesserat, aqua replebatur, ut Socrates lib. hist. Ecclesiast. 7. cap. 17. Et Paschalias Episcopus apud Marian. Scot. lib. 2. Chronicor. ostendunt. Planè priusquam in fontem descen-

derent orationibus ac benedictionibus sacerdotum consecrari sanctificatique aqua consuerat. Testis est Dionysius lib. Ecclesiast. hierarch. cap. i. u. 30, inquiens, Ταῦτα ἀπό της θεοτοκίας επιχάρισταν της γένεσις. Et Basilius Magnus, c. 27. de Spiritu sancto ad Amphiloch. εὐλογεῖτε δὲ τὸ θεόπιπτό τε θεοτοκίαν. Atq[ue] positus libro i. de Sacramentis, capite quinto. Quare prior Christus descendit, postea Spiritus, cum forma baptismatus & utsus hoc habeat, ut antefons consecretur & tunc descendat qui baptizandus est? Nam ubi primum ingreditur sacerdos, exorcismum facit: secundò super creaturam aquæ invocationem: Postea precem defert ut sanctificetur fons & ad sit presentis trinitatis eternæ. Idem lib. vii. de his qui mysteriis init. c. 3. Aquam baptismatis salutari crucis mysterio consecrari dicit. Quinetiam infusum in aquam fuisse vnguentum Dionysius lib. de Ecclesiast hierarchia cap. 2. indicat. Similiterque oleum aquæ mischuisse in baptismo quosdam Valentiniani sectatores Irenetus libr. i. aduersus haereses, capite 18. narrat. In fonte autem, baptizandi interrogabantur: An in Patrem, filium & Spiritum sanctum crederent. Ad quæ interrogata singulatim respondebant: tum mergebantur: ut ex Augustini verbis patet, quæ ex eius homiliis ad Neophyt. ab Yuone Carnutensi & Gratiano referuntur, in hunc modum: *In hoc ergo fonte antequam vostro corpore tingeremus, interrogauimus, Credis in Deum: patrem omnipotentem?* Respondistus: Credo. Rursum interrogauimus, *Credis & in Iesum Christum filium eius, qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine?* Respondistus: singuli, Credo. Iterum interrogauimus, *Et in Spiritum sanctum?* Respondistus similiter, credo. Subiicit etiam interrogatos, *An in Ecclesiam & remissionem peccatorum crederent.* Cuius interrogationis meminit Cyprianus epist. 12, lib. 1. Et hoc est quod Tertullianus in lib. De spectaculis, aquam ingressos Christianam fidem in sua legis verba professos ait. Hinc & B. Hieronymus epist. 1. Recordare, ait, *Tyrcinij tui diem, quo Christo in baptisme, conseptus es, in sacramenti eius verba intrasti.* Eodemque pertinet à B. Augustino lib. 1. De adultis coniug. ad Pollent. cap. 26. proposita questio, *An Catechumenus in huius vite ultimo constitutus, si morbo, seu casu aliquo sic oppressi sint, ut quanquam adhuc vivant, perere sibi eamen baptismum vel ad interrogata respondere non possint: profiteis quorum in fide Chri-*

stiana iam nota voluntas est, ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas adhuc nulla patet. Ex illis autem August. ab Yuone Carnut. telatis verbis pater in fontem penitus demitti ac mergi, totoque corpore tingi consueuisse eos qui baptizatur: Quod & Tertul. in lib. De baptismis sub-indicat, cum ait: *Quoniam tanta simplicitate sanæ pompa, sine apparatu novo aliquo, denique sine sumptu homo in aquam demissus, & inter pauca verbata in eis, non multo vel nihilo mundior resurgit.* Indicio est etiam quod Laurentius homilia de penitentia scribit. Aut forte querrete debo dexteram sacerdotis, quæ me mergat in fontem, & inde iterum purificer: Et hac de causa baptizandum vestibus exutum apud Dionysium libro de Ecclesiast. hierarchi. cap. 1. & Nicephorum lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. 38. legimus. Quamquam idem Dionysius capite sequenti baptizandum *μυρὸν τῷ ἀντοῖτο*, idcirco eorum Episcopo sisti, omnia ad mysticam rationem referens, ait, quod vitam se priorem exuere testetur. Eaque vna fuit olim disputandi causa, an qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequerentur, habendi essent legitimis Christiani: Qua de re dubitatum, dubitationemque mouisse, quod aqua salutari non essent loti, sed perfusi, Cyprianus Epist. 7. lib. 4. ostendit In eoque infirmitatis articulo baptizatos Clinic. appellatos esse idem indicat: ut pote ēt τὴν χάιμὴν Διὰ νεόντων κατέχοντες: quemadmodum apud Eusebium lib. 6. histor. ecclesiast. cap. 43. Cornelius Papa loquitur, id est, *aqua regenerationis in lecto, in quo ergi decumbebant & iacebant, perfusos.* Quo ex genere Clinicorum fuisse Nouatum ex eodem Eusebii loco patet. Eunomiani vitique (quemadmodum à Theodorito lib. 4. compendij hæc scilicet proditum est, baptizantes ad pectus usque duntaxat aqua madefaciebant, reliquis autem partibus corporis tanquam abominandis, aquam adhibere prohibebant. Qua de causa quando in solio quidem baptizabant, quum hominem extra id statuissent, eius caput usque ad pectus semel in aquam deprimebant: Cum vero capite ad solium impacto sauciari quempiam contigisset, excogitarunt aliud genus baptismatis. In aliquo enim subsellio primum hominem, extra id autem caput sublime erigentes, effundebant aquam, quæ nullam aliam partem attinebat. Alij ex

bis alium quoque modum baptismatis inuenientur. Maximam enim vitam componebant, eamque consecrabant, & ea hominem ad vngues usque inuoluebant, a pectore incipientes, deinde sic aquam infundebant. Cæterum non semel, sed iterum, ac tertio, ad singula Trinitatis nomina & in singulas personas olim mergebantur: sicut Tertullianus lib. aduersus Præcam docet. Idem in lib. De corona militis: De hinc, ait, ter mergit amur, amplius aliquid respondentes, quād Dominus in Evangelio determinauit. Dionysius in lib. De Ecclesiast. hierarchia: τρις ἀλλὰ τρὶς διεγέρεις βαττίζεται τριστεπλά μόρια γεγεννηθεῖσαι, γέγεννησθαι τὸν τριστον τὸν θυμαρικόν τον θεοβούσας οὐτίστων. id est: Ter illū Episcopus mergit, hac triuallius mersione & emersione, tres beatitudinis diuine personas inclinans. Basilius Magnus de Spiritu sancto ad Amphiloch. cap. 27. τὸ δὲ τρισβαττίζεις πόλει, id est. At ter immergi hominem unde? Trinam etiam mersionem in baptismo fastani Canon Apostolorum 49. comprobat, in quo ita est: Εἴ τις ὑπέκουει τὸ προσθέτον μὴ τριεῖ βαπτίζειτε μηδὲ μήνετε ὑπέκουει, ἀλλὰ ἐν βαπτίσμα τῷ εἰστορήσατο τῷ κυρίῳ οὐδόκετον γεχειρίσατο. Υἱὸς ἡπτα ὁ κύριος, εἰς τὸ βασιλεῖον μετελθεῖσα. ἀλλὰ πορευθήτε μαθητεύσατε τὸν Ιησοῦν, Καπνίζοντες αὐτὸν εἰς τὸ ὄρομα τῷ τατέπος, γέγεννησθαι τὸν ἄγιον πνεύματος. id est: Si quis Episcopus aut presbyter non tres unius initiationis aspersiones fecerit, sed unam quae fia: in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus. In mortem meam baptizate, sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti. Beatus Hieronymus aduersus Luciferian. Nam & multa alia quæ per traditionem in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpauerunt: Velut in lauacro ter caput mergitare. Ambr. libro. secundo de sacrament. cap. 62. Interrogatus es, Credis in Deum patrem omnipotentem? Dixisti. Credo, & mersisti, hoc est sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in Dominum nostrum Iesum Christum, & in crucem eius? Dixisti, Credo, & mersisti, ideo & Christo es sepultus. Qui enim Christo conseptitur, cum Christo resurget. Tertiū interrogatus es, Credis & in Spiritum sanctum? Dixisti, Credo, & tertio mersisti ut multiplicem lapsum superioris etatis absoluere trina confessio. Leo quoque Pontifex Epistola ad Episcopos per Siciliam constitutos;

Dum, inquit, in baptismi regula & mors interuenit, interficiione peccati & sepulturam triduanam imitatur triplex missio, & ab aqua eleuatio resurgentis in se est de sepulchro. B. Bernardus in sermone de Cena Domini: Denique ipse baptismus initium sacramentorum omnium, in quo complantamur similitudini mortis eius, unde & triplex missio tridui, quod nunc celebrandum est, figuram gerit. Rabanus Maurus lib. 1. de institutione cleric. capite 28. Post hanc igitur consecratur fons, & ad ipsum baptismum Catechumenus accedit, & sic in nomine sancte trinitatis triplex submersione baptizatur. Et recte homo qui ad imaginem sancte trinitatis conditus est, per invocationem sancte trinitatis ad eandem renouatur imaginem, ut quis tertio gradu peccati, id est, consensu cecidit in mortem, tertio eleuatus de fonte per gratiam resurgat ad vitam. Potest & hanc triplex missio triduanam Domini sepulturam significare, maximè cum dicat Apostolus, Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte eius baptizati sumus: Conspulerunt enim sumus cum illo per baptismum in morte, ut quomodo surrexis Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vita ambulemus. Si enim coplacitati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, & reliqua. Oportet ergo cu[m] invocatione sancte trinitatis sub triplex missione baptismum confici, ut secundum personarum differentiam mysterium baptismi celebretur, & secundum unitatem substantiae unum baptismum faciat. Atque ob triduanæ Christi sepulturæ imaginem, triplex illam in baptismismo missione instituta, Dionylius capite 2. de Ecclesiastica hierarchia credit, τριῶν τῷ ὕδατι καθέσθετο, τοῖς βαπτυζομένοις ταφῖς Ιησοῦ μητέρᾳ θάνατον dicens. Quam huius ritus rationem Gregorius Pontifex Epist. 41. libro 1. sequitur. Beatus vero Hierony, in Commentariis Epistol. ad Ephes. capite 4. Ter mergi eos qui baptizantur, propter trinitatis mysterium opinatur. Quod ex eo notat Gratian. in Cano. Eodem modo, de consecrat. distinctio. 4. Vtramque vero probat & copulat B. Augusti. homilia 4. in qua dupli mysterii significatione tertio in fonte capita eorum qui baptizantur demergi ait: Recte enim tertio mergi, ut qui baptizentur in nomine trinitatis, & qui baptismum accipiant in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis: Illam enim tertio repetitam missione typum gerere dominicas sepulturas, per quam Christo consupulti in

baptismo, & cum eo surgimus in fide. Athunc ritum vnam
nimi totius ecclesiae consentione tum receptum, cuius etiam
testimonium exemplumque ex Nicephoro lib. 3. historiar. Ecclesiast. cap. 37. peti potest. subuertere primus Eunomius
enfus esse dicitur, ter immersi debere negans eum qui bap-
tizetur, nec trinitatem inuocari, sed semel duntaxat in mortem
Christi tingendum esse adserens, ut à Theodorito refer-
tur lib. 4. compendii hæresis. Quod & Sozomenus lib. 6.
hist. Eccl. c. 26. narrat his verbis: φασὶ δὲ πνεύματος τὸν Εὐ-
νόμιον τολμῶν εἰσηγήσασθαι μάκρα καταδίου χρέων ἐπιτελῆ
τὴν θείαν βάπτισιν, ὡς παραχαράξας τὸν θεόν τοις θεοτόκοις εἰσέπ-
ρει τὸ πάπιον φυλακτοφύλακα παρέδοσιν. Et postea, de Eunomia-
nis agens: τῷ τὴν θείαν βάπτισιν ερευνώντα, τούτον εἰς τηλάχα,
ἀλλὰ τοι τὴν Χειρόθεατον Κατιζέαν εἰσηγούσαντον, id est,
Primum hunc Eunomium introducere a sum ferunt, vna & simila-
mersione sacram baptismum celebrare & adulterare ab Apostolis ad
haec nostra usque tempora, ubique seruatam consuetudinem. Et post:
Innoxiuntur, ait, Eunomiani aliquis circa baptismum, non in trinitatis
nomen sed in Christi mortem tingere introducentes. Tandem tamen
concilii Toletani quarti, capite 5. simplam teneri baptisma-
tis mersionem placuit, ut à Gratiano refertur in Canon. Propter vitandum, de consecratio. dist. 4. Id quod Concilii quo-
que Vyormaciensis, capite quinto adprobatum inuenio. No-
te plane Paschali lauacri mysteria peracta fuisse ostendit epistola Paschasi apud Marianum Scot. lib. 2. Chronicor.
Quod & B. Augustin coniiciendum relinquit libro: de Sym-
bolo, cum ait, Nocte Catechumenos in aspectum Ecclesie prolatos
ac productos. Nec obscurè hoc idem designat in concione ad
Catechumenos contra Iudeos, Paganos & Arianos, cuius-
ipsamet verba promat: Exigit enim (ait) à nobis ratio huius can-
te congregationalis, & noctis transactae, vobis reddere rationem, & i-
stius die de tanto sacramento percepto veram sempiternamque demon-
strare salutem. Si enim, dilectissimi, opera tenebrarum transactae no-
ctis consideremus, & quid egerimus Domino donante explicare value-
rimus, inueniemus nos in nocte, non opera noctis, sed diei peregisse.
Neque enim delectatione somni sopitos sensus nostros agnouimus, nec
vanis phantasmatibus animas nostras illusas, nec ipsa corpora nostra
strumentorum calore depresso in alto sopore requies inclinavit. sed digni-

lando, orando, psallendo, contra aduersarium diabolum dimicando, &
 lucem infusam cordibus nostris sensim : & in nocte opera Dei peregi-
 mus. Quid enim egimus in hac nocte. Captiuatorem captiuauimus. Quid
 egimus in hac nocte? Tenebras diabolicas à cordibus vestris excusimus,
 lumen verum hauriendum esse demonstrauimus. Quid enim actum est
 in hac nocte. Veniens vera fortitudo aligavit fortem, & vasa domus
 eius diripuit. Quid actum est in hac nocte. Extirpata est superbia, intro-
 ducta est humilitas. Qui t'actum est in hac nocte: Princeps omnium vi-
 torum expulsus est fons omnium bonorum suscepimus est. Videtis, dile-
 Etissimi, quae bona habeatis preparata, & ex quo onere, vel ex qui-
 bus sarcinis peccatorum relevati sunt ab isto qui vos vocat, ut suscipiatis
 iugum eius suave, & sarcinam eius leuem. Deponentes itaque opera re-
 nebrarum induite vos arma lucis. Quid sit hoc ex verbis symboli quod
 modo accepistis, vobis expositum esse cognoscitur. Quid est deponere o-
 pera tenebrarum nisi renunciare diaboli pompis & angelis eius? Et quid
 est, induite vos arma lucis nisi credite in Deum patrem omnipotentem?
 Ac ne solis coniecturis niti videamur, aperte hoc ipsum nos
 docet Rabanus Maurus. lib. II. De institutione clericorum. capite
 38. quo de sabbato sancto Pascha ita scribit: Hac autem die in-
 clinante ad vesperam statuta celebratio noctis dominica in ecclesia in-
 cipitur, & primum secundum institutionem Zosimi Papae, Archidia-
 cono Cereumben edicente, aptè quidem fit ut in consecracione luminis
 paschalis celebratio incipiat, que eternæ lucis nobis contulit claritatem.
 Deinde electionum veteris testamenti & orationem ordo peragitur, ut
 innoescat quanta expectatione à primordio mundi per Patriarchas &
 Prophetas salus nostra presagiebatur, que in salvatoris nostri passione
 & resurrectione completa est. Deinde litanie aguntur, ut communica-
 tio & memoria orationis sanctorum nos ad ventura gaudia consequen-
 da adiuuet: quas sequitur baptisma sacramentum: & ascendit grex deal-
 batorum de lauacro. et mox: Notandum vero quod apud Hierony-
 mum legimus quod in Orientalibus mos sit in hac nocte, ante medianam
 noctem fideles ab Ecclesia non recedere, horā illā expectantes in sacris
 vigiliis, de qua senrum est: Media nocte clamor facetus est, & reli-
 qua Rupertus Tuicensis libro 6. de diuinis officiis ca-
 pite 24. de eadem nocte tractans:
 Quis enim dies noctis haec insignior? Quis alia nostra est neome-
 via, nisi illa qua h.c. noctis in Christo per baptismum renascitur?

noua Ecclesia? Et capite 25. dicitur autem sabbatum hoc (de Paschali ait) sanctum, cum propter alia plura, cum maxime propter hoc quod ad suscipiendam tantam lumenis claritatem noua Ecclesia sacri baptismi fonte sanctificatur. Hac enim die solemne est iuxta veram & Euangelicam partem traditionem fontes benedicti, & preparata per fidem tam corporum, quam animorum credentium vas a regeneratione noua sanctificari. Hanc vero noctem per uigilio transacta cereisque & funeralibus accensis ita illustratam, ut splendore ipso cum die certaret, supra docuimus. Quod & hi quos aeterni loco subiiciam, Prudentii atque Drepanii vatum Christianorum versus indicant. Prudentius namque in carmine De sabbati Paschalis luminibus, huius noctis talem facit mentionem:

*Nos festi strahimus per pia gaudia
Noctem conciliis, votaque prospera.
Certatim vigili congerimus proce,
Extructoque agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quae suffixa micant per laquearia,
Et de languidutis foro natalibus
Lucem perspicuo flamma iacit vitro.*

Drepanii vero hi sunt de eodem argumento versus:
*Aspice construclam tanta in mysteriis plebem,
Vnum que trino celebrat sub nomine numen,
Non sic Iudeis simulantur Didyma Galilis,
Attica nec Graiae nuribus vigilatur Eleusis,
Orgia Thebanus vel agit nocturna Citheron
Nil habet insanum strepitu, nil thure vaporum
Sanguine nil madidum, nil cursib. immoderatum.*

Et post:

*Hunc(de Christo autem sentit) ut per totam possumus dicere noctem
Inferimus claros sancti: altaribus ignes,
Vestibus innumeris ereti circumstua gyro
Æquoream cohier formatrix cera papyrum,
Cera domus mellius iam cetera turbas colentum
Nigrantes tenuat vario splendore tenebras,
Vbertas stupras, feruet discordia concors,*

Vt dum

Ut dum sacra pio peraguntur mysticaritu,
 Æmula fidereis uigilant funalia flammis.
 Hac tibi Christe (licet enim emendo) tuipatris
 indiscreta propago
 Multa luce micans, terra nox splendet in omni
 Nox clara mage clara die:

Vnde & eam festiuitatem Tuo ætas tñ pñtor nñllegat, id
 est, sanctam luminariundiem à Gregorio Nazian. in oratione
 de sancto baptisme vocari existimo, vt & à Nicephoro
 ἐπίλυχνοι μέρες τῆς ἀστάσεως, libro 8. hist. ecclesiast. capite
 37. Nam quod illic Nicophorus narrat ex Sozomeni libro
 12. histor. Ecclesiast. capite 11. hausit: apud quem edictum
 Saporis propositum dicitur καὶ τὸ ἥμερον οὐδὲν πάθεστε
 Χειρὶς οὐδὲν πονοῦσι, (ita quippe legendum esse, non tantu
 sensus exposcir, sed & Cassiodori versio lib. 3. histor. tripart.
 cap. 2. docet) επειδητο, τῆς δὲ Κυριακῆς ἀστάσεως οὐ πάντες
 πονοῦσι. Quo verborum ambitu septimam diem maiori
 siue ultimæ quadragesimalis hebdomadæ ab eo significa
 ri credo. Meminit & huius festiuitatis Alcimus Auitus, Ho
 milia de prima festi Rogationum institutione ad populum
 Viennensem, his verbis: *Tracta sunt hac inter timores publicos*
& rumores priuatos; usque ad imminentem vigiliarum solemnium
noctem, qua celebrari festum Dominicæ resurrectionis, annua con
suetudo poscebat. Si quidem hanc omnes laborum opem, malorum fi
nem, metuentium securitatem, communibus animis operiebantur.
Adfuit igitur nox illa venerabilis, qua ad spem puerice absolutionis
vocuum solemnne paterfaceret. Illa vero nocte Israëliticæ gentis
per mare Rubrum transitus historiam legi solitam, indicat i-
dem Auitus lib. 5. sui poëmatis, cum ait:

Inclitus egregium solemnii carmine ductor
 Describit factum, toto quod psallitur aeo,
 Cum purgata sacru deletur culpa fluentis:
 Emittitque nouam parenti lymphalauacri
 Prolem, post veteres quos edidist Eva reatus.

Pes illum siquidem maris Rubri transitum typum baptismatis præfiguratum Ambrosius lib. 1. De sacramentis, cap. vlt.
 & lib. vnico de his qui initiantur, cap. 3. Et Augustinus tractatu in Ioannis 1. l. cap. interpretantur. Egressi porro de la-

uacro, ipsamet etenim Tertulliani verba ponam : Perungebantur benedicta vocatione de prisca disciplina, qua vngi oleo de cornu in sacerdotio solebant, Itaque Synodi Laodicensis cap. 48. constitutum legimus: ὅτι δὲ τὸς φαντασίας μετὰ τὸ βάπτισμα τοιαῦτη χριστιανὸν οὐ μετόχος ἔνεστι τὸ βαπτισμὸς τοῦ Χριστοῦ. Que verba hoc significant, oportere illuminandos & baptizandos post lauacrum vngi vnguento super celesti, & participes esse regni Christi. Cyprianus epist. 12. lib. 1. Vngi quoque necesse cum qui baptizatus sit, ut accepto christmate, id est, vocatione, vngentus esse Dei, & habere in se Christi gratiam possit. Porro autem Eucharistia & unde baptizati vnguntur oleum, in altari sanctificatur. Quenō vnius Cypriani, sed 84. Episcoporum qui Carthagini Decio imperante conuenerūt, verba sunt : quemadmodum Graeca epistola, quae huic cōciliorum (cui non interfuit modo, sed prae- fuit Cyprianus) preponitur in lib. conciliorum à Balsamone compilatorum, ostendit, quae de Latina Cypriani Graeca facta videtur. Ac proinde commodius non potuisse quam Cypriani illius modò prolatæ epistole transcriptione verti. Ad Iouianum autem scripta dicitur, nisi in nomine error sit, & in Iubaianum locum Iouianus irrepererit. Nam de heretico-ruin baptismō Iubaianum per literas coepiscopos cōsuluisse, ex multis Cypriani locis liquet. Quærerit autem auctor libri Responsionum ad Orthodoxos, cum ante sepulturam Christi, à Maria vnguento delibutus sit, nos autem in baptismō passionis Christi & resurrectionis signa celebremus: cur tandem primū quidē oleo vngimur, deinde his quae in fonte peraguntur impletis christmate postea consignamur. B. Augustini lib. 15. De trinitate donū gratiat visibili significari vnguento dicit, quo baptizatos vngit Ecclesia. Et Laurentius presbyter homilia de pœnitentia: Ex illa die, illaque hora quo egressus es de lacro, ipse tibi es frōdigis & diurna remissio. Non opus habes doctorem, nō dextra sacerdotis. Mox ascendisti de sacro fonte, uestitus est ueste alba, & unctus vnguento mystico, facta est super te invocatio, & venit super terrena virtus que nouum vas hac perfulit noua doctrina. Et alias: Acque in histribus speciebus immunda mulier in lacrymus & capillis, & vnguento quasi fonte baptismi de pedibus Christi extraxis. Nam in fonte baptismi, quid aliud est, quam aqua, &

chrisma, & uestis alba? huic mulieri pro aqua fletus fuit, pro chrisma-
te oleū, pro ueste capilli. Baptismati quoque chrismati vñctio
adiici præcipitur Conciliu Arausicanus primi, cap. 1. Vnctum
planè fuisse baptizatorum caput, docet Ambrosius lib. vni-
co, de his qui myster. initiantur, cap. 6. Et lib. 3. De iacramē-
tis cap. 1. Hæsterno die, ait, de fonte disputauimus, cuius spe res ve-
luti quadam sepulchri forma est in quem credentes in Patrem & Fi-
lum & Spiritum sanctum recipimus, demergimus, & resurgimus,
hoc est, resuscitamur. Accipe autem mysteriū, hoc est unguentū supra
caput, quare supra caput? quia s̄s̄s̄ sapientia in capite est, ait Salomon.
Et ideo, credo Iſidori tēporibus in Hispania infantū capita
lauaci inualuerat, ne quadragesima obſeruatione torpidati
ad vñctionē accederent, quem diem inde Cap. i. in vulgare
nomē accepisse, scribit lib. 6. etymologiar. cap. 18. & lib. 1. De
origine officior. ecclesiast. cap. 27. De hac etiā lauacro copu-
lata Chriſmati vñctione aliquot ex veteri quodam carmine
de Bebiano versus quoruſi incertus, eſt auctor, subucliam:
Credidit oranti & ſiſtente flumina vita
Præcinctus puro perfidit Epifcopus amni.
Quo peragente piis foliis mox ordine riſus
Et divale ſacrum libans & chriſmate fragrant
Attonitum miraſe maiſlate facetur.
Sed quis odor quarit, que nſentiat in ſualabi
Pectora, predulci medicantem neclare fibras.
Sedula tunc coniunx omen de nomine Chriſti
Viguentum spirare doceat.

Gregorius Turonensis lib. 5. historiar. cap. 11. Ibique omnis mul-
titudo populi corā eo proſtrata baptiſmū flagitanit. At ille pre gaudio
lacrymans chriſmate linens, in ſinum mairis Ecclefia cōgregans tra-
et, & de chriſma is in baptiſmo vñctione. Rabanus lib. 1. de inst.
clericor. cap. 28. vbi & illud ex gestis Pōtificū memorat, Syl-
ueſtrū papam in ecclesiā Romana conſtituiffe, vt ſicut Epifco-
po ſoli chriſmati conficiēdi & baptizati per manus imposi-
tionē cū ipſo baptiſmate cōſignādi potestas data eſt, ita preſ-
byteris lieceret. eodē chriſmate linire baptiſtatum leuatū ex
aqua propter occaſionem transiſtus mortis Quod & Ruper-
tus Iuiciensis lib. 5. ex diuinis officiis, cap. 16. narrat in hæc
verba: Legi ut autem in gestis pontificalibus quod Syueſter pa-
pa conſtituit, ut baptiſtatum linat preſbyter chriſmate leua-

cum de aqua, propter occasiones et transitus mortis, ne propter absentiam
 Episcopi, & difficultatem eum consequendi, sine manus impositione
 baptizari migrant. Presbiteris itaque baptizatos chrismate vn-
 gere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non
 tamen frontem, (quod solis debetur Episcopis) sed verticem.
 Ex his admonendi sumus, duplicem in baptismō vunctionem
 interuenisse. Quarum una lauacrum antecedebat, altera se-
 quebatur. Illam Græci autores ἐλάσις θηρίζειν, hanc ἄγλις μύ-
 ρις σφραγίζομαι factam dicunt. Hac enim nominum differen-
 tia vitramque vunctionem auctōr libri Responſio. ad ortho-
 doxos, quæſtio. 137. distinguit. Verba eius quæ nos hoc do-
 cent, hæc sunt: Πρῶτον οὐδὲ ἐλάσις χρισμός, ἀπειπε δὲ τὸ
 λεχθῖνον τὴν κολυμβήσας, πλέοντες σύμβολα, τῷ μύρῳ σφραγί-
 ζουσθαν. Idem in responſione eidem quæſtioni subiecta: χρισ-
 μός οὐ τῷ παλαιῷ μύρῳ ἀλλὰ κάμελῳ Χερσοὶ, τῷ δὲ μύρῳ τῷ
 ἀρώματος τῷ τὸν χριστὸν τῷ μύρῳ σφραγίζοντας λογιζομένοις. Vbi
 χριστὸς ἐλάσις καὶ μύρος separati videm⁹. Quod autē Latini auctō-
 res unguentum, & Græco verbo, quo tamen iam consuetudo
 pro Latino vtitur, chrisma dicūt, id ἄγλις μύρος ab illo auctōre
 dici patet ex Quæſtio. 14. quo loci baptismā ab hereticis
 datum, τῇ θηρίζειν τὸ ἄγλις μύρος διορθῶσſi scribit, id est (vt Iſi-
 dorus lib. 2. de Ecclesiast. offic. capite 44. scribit) chrismate
 purgari. Similiter Dionyſius libro De cœlesti hierarch. τῷ ἐ-
 λάσις τῷ μύρῳ χριστῷ, in baptismi ritibus recensendis diuerso
 ordine collocat. Nec vero dubium est, quin chrisma balsa-
 mi atque aromatum mixturam iam olim habuerit, vt ex Ru-
 perto Tuiciensi lib. de diuinis offic. 5. capite 16. & Conciliis
 Cabilonensis 2. cap. 16. & Tribunensis capite 22. intelligi-
 mus. Vnde chrisma arte myropolica compositum fuisse un-
 guentum dicitur libro 2. Recognitionum Clementis. Et in
 lib. de Ecclesiast. hierar. c. 4 in τῷ μύρῳ σωθίσοις dicitur esse our-
 agorū, τὸς ἀποστολὸς ὑλων ἐν ἑαυτῷ πλεον: ἐχοντα ποιότητα εἰσιό-
 μεν, ἢ οἱ ματασχόντες εἰσιδιάζονται; id est, chrisma etiū compoſitio di-
 citur esse collectio quadam odorum & suauem fragrantium materia-
 rum, abundanter coenens qualitates odoriferas, cuius qui participes
 fiunt, odoris suauitate replengur. Vnde in illis de Bebiano paule-
 ante à me prolatis versibus chrismatis odor prædicatur. A
 mystica autē Iudicioru vunctione ad nos Chriſmatis vſum ma-

nasse B. Augustinus lib. 1. de consensu Euangelistarum , cap. 13. & Isidorus lib. 7. Etymologiar. cap. 2. docent Cœnæque dominicæ die etiamnum sua ætate confici solitum Chrisma, idem Isidor. auctor est lib. 6. Etymologiar. cap. 18. Eductos verò de lauacro veste candida statim amictos fuisse Dionysius lib. de Ecclesiast. hierarch. cap. 1. significat. Hoc enim est quod ait , θεοβάπτιστα τῷ πνηλοθρόνῳ καταληλοτ. Quod planius expressit cap. 2. eiusdem libri, cum ait , ἐξ Ναφαρούδης ἡ θεοβάπτιστα τῷ πνηλοθρόνῳ : id est , Baptizato autem confessum candore lucidas vestes inijcuntur. Albatos enim recens baptizatos fuisse iam supra monuimus. Inde est quod Laurentius presbyter Homilia de penitentia, vestem albam inter baptismi externos ritus ponit. Qua de re qui plura scire desiderat, legat Rabanum Maurum eius ritus caufas pertransitatem lib. 1. De institutio. clericorum, cap. 29. & Rupertū Tuiciensem lib. 7. de diuinis officiis. cap. 9. Addit Rabanus testū post sacramunctionem baptizati caput mystico velamine fuisse, ut intelligeret se diadematis regalis & sacerdotalis dignitatis (sic ut loquitur) portitorēm. Cuius ceremoniæ suo tempore obseruatæ Nicephorus lib. 3. histor. Ecclesiast. cap. vlt. meminit, qui cereum quoque baptizatorum dextræ sua ætate inseri solitum docet. Cerei planè Paschalis benedictionem à Sozimio Eccles. Rom. 39. vt ille ait, vt vero Marian. Scotus 41. Pontifice institutam, Rupertus Tuiciensis lib. 6. de diuinis officiis. cap. 28. auctor est. Quod & antè eum Rabanus lib. 2. de institutio. clericorum, cap. 32. prodiderat. Enim uero post egressum de lauacro lactis & mellis concordiam prægustasse baptizatos, ad infantiae significationem Tertullian. in libro De corona militis, & B. Hieronymus aduersus Luciferian. tradunt. Alia insuper baptismi solemnia Gregorius Nazianzen. perstringit Oratione de sancto baptisme, ad finem: Ηγένετο, inquiens, ἡ αἵματι στόματι τὸ Κάστορικα τοῦτο μεχάλλει Σίμωνος, τῆς ἐκεῖνη δόξης ἐτι τοσχάζεγυμα. ἡ φανερία μερή τῆς δεκτήνον, τὸ ἔνικα ὑμετέλας τροποίμον ἀντι λαμπτάδες ἄνθρακες, τῆς ἐκεῖ φωτεγγονίας μετελεον, μετὰ τῆς ἐπαντίσθιμης τῶν πυρίων φωτεροί, τὸ πάρθενον φυλακή φωτερόν τοῖς λαμπταῖς τὴν πίστεων. id est, Statu, in quam post baptismi ante magnum altare conficiens, venture gloria est præludium: Psalmus 44. cum qua suscipierit, laudis venture est antea

ambulatrix, Lampades quas accendimus, venture sunt illuminationis mysterium, cum qua obuisimus sponsum, splendidae & virginales animes splendidum lampadis usus fidei. Ad extreum ait Rabanus lib. prima de instit. cler. capite 29. corpore & sanguine dominico baptismi sacramentum confirmatum, ut baptizatus Deum haberet in se habitatorem. Nam qui tunc fuerant & regenerationis lauacro renouati, protinus ad Coenam quoque Dominicam vocabantur, ut ostendit Dionysius lib. de Eccl. hinc his verbis: Εὐτέλει διάποτες ὁ λεγόμενος θεῖ την ἵρωτήν μαχαρίσιον τελευτήν τοῦ λεομόδιον, οὐ τοτελεκάτι μαχαρίαν αὐτῷ μεταδίδον κονάναται. Tandem autem Episcopus initiaum baptismi ad sacram. Eucharistiam vocat, participemque facit sacrorum mysteriorum. Quod & B. Ambrosius latè expressit l. vnic. de his qui myst. init. c. 8. *Huius, ait, abluta p̄ eius insignibus ad Christi contendit altaria, dicens: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui letificat iuuentutem meam. Deposui in ueterati erroris exnuys renouata in aqua iuuentutem, celeste illud festinat adire conuivium. Venit igitur considerans sacrosanctum altare compositum, exclamans, ait, Parasti in conspectu meo mensam. Hanc sacramentorum coniunctionem etiam aperte Pontius Paulinus his versibus describit:*

Inde parens sacro duci a fonte sacerdos,

Infantes nubes corporis, corde, habitu.

Circundansque rudes festis altaribus agnos,

Pura salutiferis imbuuit ora cibū.

Inde Ambrosius lib. 4. De sacramentis, cap. 2. post antecedentia baptismi solennia expolita; Sequitur, ait, ut venias ad altare. Et cap. 3. *Venisti ad altare, vidisti Sacramenta posita super altare.* Itaque cap. ultim. De his qui misteriis initian. ita concludit: *Huiusque sacramentum pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animi firmatur substantia.* Hinc & B. Hieronymus aduersus Luciferianos. *Huius, ait, cum diaconus de Ecclesia recesserit, solusque ut putat, incola mundi sit, neque Eucharistiam confidere potest Episcopos, & p. e. byteros non habens: neque baptismi sine Eucharistia tradere.* Sed & B. Augustinus lib. 5. hypognosticon: *Quomodo igitur vitam aeternam promittit non renatus ex aqua, & Spiritu sancto, non cibatis carne, atque poratus sanguine Christi, quis fusus est in remissione peccatorum.* Nec vero dubium est quin vel infantibus ipsis ad salutem necessariam Eucharistiae cum baptismate sumptu-

onem veteribus non nullis persuasum fuerit. Vnde in Legum Francicarum capitulo ab Ansegiso Abate collectis libro 1. cap. 155. ita constitutum legitur: *Ut presbyter semper Eucharistiam habeat peritam ut quando quis infirmus fuerit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.* Quinetiam Mediolani post baptismum, vnguentique mystici tactum, Euangelium lectum, quo Apostolis pedes lauisse Christus narratur, exindeque succinctum sacerdotem pedes baptizatis lauisse. B. Ambrosius lib. 3. de sacramentis, cap. 1. & lib. vnic. de his qui mysteriis initiant. cap. 6. indicat: *Quamta men consuetudinem Romam Ecclesiam non habuisse dicit.* Idque adeo Elibertini Concilii cap. 48. prohibitum fuisse videtur. *Nouscime autem, inquit Rabanus libro primo, de institutione clericorum, cap. 30. à summo sacerdoce per impositionem manus baptizato tradebatur Spiritus sanctus, ut roboraretur per Spiritum sanctum, ad prædicandum aliud idem donum, quod ipse in baptismo consecutus erat, per gratiam vite donatus aeternae. Signabatur enim baptizatus cum chrismate per sacerdotem in capite summitate, per postificem vero in fronte, ut priori unctione significaretur Spiritus sanctus super ipsum descendit ad habitacionem Domini consecrandam; in secunda quoque, ut eiusdem Spiritus sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctius & scientius & virtutis venire in hominem declararetur.* Et postea: *Nec mirum, ait, si homo huic eodem chrismate ad accipendum Spiritum sanctum ungitur, cum idem spiritus huic ipsis Apostoli datus fuerit, id est, in terra semel, quando post resurrectionem suam Dominus insufflauerit in eos & dixerit, Accipite Spiritum sanctum: quorum remissio peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritus, retenta sunt: Et de cœlis semel, quando post ascensionem Domini in die Pentecostes in linguis igneis super Apostolos venit, & omnium gentium linguis eloqui concesserit. Hoc verid antiquiorum auctorum testimonii nunc comprobandum atque confirmandum est.* Tertullianus in libro de baptismo: *Deinceps manus imponitur per benedictionem aduocans & invitanus Spiritum sanctum* Gyprianus in libro de hereticis baptizandis: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui Ecclesia baptizantur, per prepositos Ecclesiae offerantur, & per nostra orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo domini consummentur.* Idem in lib. ad Pompeium contra epist. Stephauit

*Aus si effectu baptisimi maiestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Christi Iesu rubricunq; & quomo^dcunq; baperzantur, invocati & sa-
cificati iudicentur, cur in eiusdem Christi nomine illic & manus bapti-
zato imponitur ad accipendum spiritum sanctum? Eusebius Eniscen-
t^o hom. de P^{re}tecoste: Quod nūc i^s Neophyti manus imposito tribuunt
singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credentium populo, dona-
nauit universis. Quò loci de manus impositione & confirmatione
gratia quam regeneratis per baptismum inde conferri
dicit, copiose tractat beatus Hieronymus, Epistola aduersus
Luciferianos: An ne^{ce}ssitiam hunc Ecclesiarum esse modum ut ba-
ptizati p^{re}sumant manus imponantur, & ita invocetur spiritus sanctus.
B. Ambrosius libro tertio de sacra. ca. vlt. Sequitur spiritualis si-
gnaculum quod audisti hodie legi, quia post fontem superest, ut perfec-
tio fiat, quando ad invocationem sacerdos spiritus sanctus infundi-
tur spiritus sapientie & intelligentiae. si igitur consilij atque virtutu, spi-
ritus cognitionis atque iustitiae, spiritus sancti timoris, septem quasi
virtute spiritus. Isidorus etiam lib. 2. de Ecclesiast. offic. capite
vlt. post baptismum per Episcopos dari spiritum sanctum
cum manuum impositione scribit. Christate utique in fron-
te signatos fuisse baptizatos perspicue tradit Syntagma Ca-
roli Magni auspiciis, aduersus Synodus in Gracia pro ador-
rantis imaginibus gestam compositum: in quo lib. 1. cap. 23.
ita est: Et noui in materialitate imaginibus est accependum, que vis que
sicut & ceteri dignitatibus lumine carent: sed in vexillo cruci, quod
acepero baptismatus sacramento per sacrosanctum unguinis liquorem
nostris frontibus imprimitur, & per id sancto spiritu, qui est lumen
inenarrabile, qui etiam super discipulos in igne apparuit, ad nos ve-
niendi adiutor aperitur. In cruce enim impressione lumen est uulnus Dei,
id est spiritus qui a patre filioque procedit, quia semper in eis creditur ra-
di ire, qui suam innocentiam, vel sanctitatem praus operibus non pa-
ciuntur violare. Ut ergo eius in nobis habitaculum non violemus, ad-
monet nos Apostolus dicens: Nolite contristare spiritum sanctum
Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Et iterum lib. 2. cap. 17.
Signatis itaque sumus in eo, quando secundum Apostolum in morte
eius baptizati sacrosancti unguinis liquore delibuti sumus, & accepi-
mus Christiani nominis praerogativum. Vnde Laurentius presby-
ter Homilia de penitentia: Violasti, inquit, symbolum meum:
corrupe pactum in ipso reuulnulo frontis conscriptum. Pati de causa*

Pru-

Prudentius in Hymno ad omnes horas :

Dic, ait, triumphalem crucem

Pange vexillum noratis quod resulget frontibus.

Quò pertinent & sequentes versus excius Hymno ante somnum prompti :

Cultor Dei memento

Rorem subisse sanctum

Te chrismate innonatum.

Idem in Psychomachia :

Post inscripta olei frontis signacula: per que

Vnguentum regale datum est & chrisma perenne.

Ex quo perspicuum est, Prudens temporibus, qui sub Gratiano Imperatore floruit, baptizatorū frontes chrismate cōsignare moris fuisse. Sed & hunc cōsignationis morē iam ante ea tempora in Ecclesia receptum testatur Epist. Cornelij Papæ apud Euseb. lib. 6. histor. Eccles. cap. 43. Quo loci de Novato, quē in lecto tinctū narrat, ita scribit: Οὐ μιᾶς ὁδὸς λοπῶν ἔπειρος Διαφύγει τῶν θεοτόκων, ὡντεὶς μεταλαμβάνει τὸ τῆς σκηλισίας κρέον τὸ τὸ σφραγιδώνα τὸ τῆς θητούσας, τάτου δὲ μὴ τυχόν, πῶς αὐτὸν ἀγένητον πενθεῖται τούτος. Quæ verba ita Ruffinus concuerit: Adhuc autem etiam hoc, quod ipse Novatus in iuventute spiritus immundo vexatus sit, & cum tempus aliquantū cōsumpsisset apud Exorcistas, egreditur incurrerit oratione, ita ut desperaretur, & quod iacentis in lecto, pro necessitate perfusus sit, nec reliqua in eo quæ baptismum subsequi solent solemniter adimplentur sunt, nec signaculo chrisma consummatus sit, unde nec Spiritum sanctum unquam posuerie promereri. Huicmodi porrò consignationi ius potestatēmque sibi soli Episcopi vindicarunt atq; adrogarunt: presbyteris vero idem ius denegatum est. Isidor. lib. 7. Etymolog. cap. 20. Presbyteri ait, licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem nō habent, quia nec chrismate frontem signant: nec Spiritum sanctum dant: Quod solis Episcopis debet lectio Actuum Apostolorum indicat: Nec non Beda in caput octauū Actuum Apostolorum, Presbyteris concedi ait: siue extra siue praesente Episcopo chrismate, quod tamen ab Episcopo fuerit consecratum, vngere: non tamen frontes ex codem oleo signare: quod solis Episcopis competere scribit, cum tradunt Spiritum sanctum baptizatis. Idem ex Decretis

Ianocentii Papæ refertur in Cano. Presbyteros, de consecratio-
tio, distinct. 4. Cui & Gregorii Pontificis suffragium ex libro
3. registri Epistol. ad Ianuar. accedat. Ceterum solos ab initio
Episcopos baptisimi dandi ius habuisse, Præsbyteris vero &
D. & iconis postea id concessum, ea tamē lege ut his quibz illis
baptizati essent ab Episcopis postea manus imponerentur,
Tertul. cum B. Hieronymo ostendit. Ille quidem lib. de ba-
ptismo si: ait: *Supereft ad concludenda in materia lama de obseruatione*
quoque ait sit & accipiendo baptismus committit facere. Dandi quidem
haveret sim non sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc presbyteri & dia-
coni non tam a sive Episcopi auctoritate, propter Ecclesiæ honorem:
qua salvo salua pax est. Et ita baptismi iniunctio fungi apud Dio-
nyshum de Cœlesti hierarch. non aliud narratur, preter ^{ad} Tertullianum:
qua appellatione secundum Tertulliani interpretationem, Episcopus exaudiendus est. Quod & Theodoritus
libr. 2. l. 1. Ecclesiast. cap. 27. compr̄obat: quo loci pretiosit
cuiusdam stolæ mentionem facit, quam Constantinus, Hi-
erusalemitanam Ecclesiam honorans, eius Episcopo dono
dederat, vt ea induitus baptismatis munia obiret. B. verò Hiero-
nymi aduersus Luciferianos verba hæc sunt: *Non quidem*
abnuo hanc esse Ecclesiæ consuetudinem, ut ad eos qui longe in mi-
noribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopos
ad invocationem Spiritus sancti ministrum impositurus excurrat. Isidor. lib. 2. de ecclesiast. offic. c. vlt. *Spiritum autem Sanctum acci-
pere possumus, dire autem non possumus, sed ut detur, Deum inuoca-
mus.* Hoc autem quod post baptismata fiat, quemadmodum
Papa sanctus Innocentius scribit, subjiciam. Dicit enim non
ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet
sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc
autem solis pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut
paracletum Spiritum sanctum tradant, non solùm ecclæ-
siastica consuetudo demonstrat, verum & illa lectio Apo-
stolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos,
qui iam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Itaque
Vñormaciensis concilii capite octaua ita constitutum me-
morarunt: *Similiter presbyteri non licet per impositionem manus*
paracletum Spiritum tradere, nec chrisma confidere, nec chrisma
baptizatorum frontes signare. Hæc enim omnia illicita esse.

presbyteris cognoscuntur, quia pontificalem apicem non habent. Enim uero in baptismo dando certis ac conceptis verbis Episcopos usus fuisse, ex eo intelligimus, quod Ambrosius in commentatio Epistola ad Corinth. capite prima ait: *Non omnem qui baptizat idoneum esse & euangelizare: propterea quod verba solemnia sunt, quae dicuntur in baptismate.* Idemque in uincione facienda haec effatum sacerdotem libro secundo De sacramentis, capite vltiui. dicit. *Deus pater omnipotens quæ te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto concesstique tibi peccata tua, ipse te ungat ad vitam æternam.* Atque haec sunt baptismi solemnia, quæ quidem veterum. scripta non incuriosè legendo obseruare potui, ferè omnia: quorum bonam partem Cyprianus in libro de baptismo Christi, huiusmodi verborum compendio complexus est. Verborum solemnitas, &c. sacri iuuocatio nominis & signa institutionibus Apostolicis sacerdotum ministeriis attributa, visibile celebrant Sacramentum: Rem vero ipsam Spiritus sanctus format & efficit & consecrationibus inuisibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit, & plenitudinem gratiæ uincionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Eaque sunt & *μητρικα*, quæ Eusebius in Constantini baptismo ab Episcopis peracta, libro ipsius uitæ quarto scribit. Recens autem baptizati, à Græcis *neophytoi* & *neophytæ* vocantur. B. Augustinus Neophyton recentem dixit libro secundo Confession. capite tertio cum de utroque parente agens, ita scribit: *Nam ille adhuc Catechumenus, & haec recens erat. Ex eis vero die, quæ baptizati erant, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinebant, ut Tertullian. in lib. de Corona milit. auctor est.* Et ideo B. Augustin. Sermone in die dominica Palmaui 3. baptizatis non modico post baptismum tempore voluptatibus abstinentiam monet.

Aiunt deinde Imperatores, OMNI THEATRORVM ATQVE CIRCENSIVM VOLVPTATE PER VNIVERSAS VRBES BARVNDEM POPVLIS DENEGATA, TO-TAE CHRISTIANORVM AC FIDELIVM MENTES DEI CVLTIBVS OCCUPENTVR.] Vetant ergo Imperatores
zzij

Innocentii Papæ refertur in Cano. Presbyteros, de consecratio-
ne distiucti 4. Cui & Gregorii Pontificis suffragium ex libro
3. registri Epistol. ad Ianuar. accedat. Ceterum solos ab initio
Episcopos baptisi nisi dandi ius habuisse, Presbyteris vero &
Diaconis postea id concessum, ea tamē lege ut his qui rāb illis
baptizati essent ab Episcopis postea manus imponerentur,
Tertul. cum B Hieronymo ostendit. Ille quidem lib. de ba-
ptismo sic ait: *Superest ad concludenda non materialam de observatione*
quoque aīs & accipiendo baptismū committere. *Dandi quidem*
habet in simili sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc presbyteri & dia-
coni non tam a sive Episcopi auctoritate, propter Ecclesie honorem:
qua salvo salua pax est. Et ita baptismi munere fungi apud Dio-
nygium de Cœlesti hierarch. non aliud narratur, præter *τοιτη-*
εργητην: qua appellatione secundum Tertullianus interpreta-
tionem, Episcopus exaudiendus est. Quod & Theodoritus
libr. 2. hist. Ecclesiast. cap. 27. comprobat: quo loci pretiosissi-
mam stolæ mentionem facit, quam Constantinus, Hiero-
solymitanam Ecclesiam honorans, eius Episcopo dono
dedefat, ut ea induitus baptismatis munia obiret. B. verò Hiero-
nymi aduersus Luciferianos verba hæc sunt: *Non quidem*
abnuo hanc esse Ecclesiæ consuetudinem, ut ad eos qui longe in mi-
noribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopus
ad invocationem Spiritus sancti ministrum impositurus excurrat. Isi-
dot. lib. 2. de ecclesiast. offic. c. vlt. *Spiritum autem Sanctum ac-*
cipere possumus, dire autem non possumus, sed ut detur, Deum in voca-
tus. Hoc autem quod post baptismū fiat, quemadmodum
Papa sanctus Innocentius scribit, subjiciam. Dicit enim non
ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam presbyteri, licet
sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc
autem solis pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut
paracletum Spiritum sanctum tradant, non solum ecclesiastica
consuetudo demonstrat, verum & illa lectio Apostolorum,
quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos,
qui iam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Itaque
Uvormaciensis concilii capite octaua ita constitutum me-
moratu: *Similiter presbiteri non licet per impositionem manus*
paracletum Spiritum tradere, nec chrisma confidere, nec chrisma
de baptizatorum frontes signare. Hæc enim omnia illicita esse

presbyteris cognoscuntur, quia pontificalem apicem non habent. Enim uero in baptismo dando certis ac conceptis verbis Episcopos usus fuisse, ex eo intelligimus, quod Ambrosius in commentario Epistola ad Corinth. capite prima ait: *Non omnem qui baptizat idoneum esse & euangelizare: propterea quod verba solemnia sunt, que dicuntur in baptismo: Idemque in uincione facienda haec effatum sacerdotem libro secundo De sacramentis, capite ultim. dicit. Deus pater omnipotens que te regenerauit ex aqua & Spiritu sancto concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat ad vitam eternam.* Atque haec sunt baptismi solemnia, quae quidem veterum scripta non incuriosè legendo obseruare potui, ferè omnia: quorum bonam partem Cyprianus in libro de baptismo Christi, huiusmodi verborum compendio complexus est. Verborum solemnitas, & sacri inuocatio nominis & signa institutionibus Apostolicis sacerdotum ministerii attributa, visibile celebrant Sacramentum: Rem vero ipsam Spiritus sanctus format & efficit & consecrationibus inuisibilibus inuisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit, & plenitudinem gratiae uincionis diuinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Eaque sunt & iuxta, quae Eusebius in Constantini baptismo ab Episcopis peracta, libro ipsius vita quarto scribit. Recens autem baptizati, à Græcis rebatur & neophyti vocantur. B. Augustinus Neophyton recentem dixit libro secundo Confession. capite tertio cum de utroque parente agens, ita scribit: *Nam ille adhuc Catechumenus, & haec recenserat. Ex ea vero die, qua baptizati erant, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinebant, ut Tertullian. in lib. de Corona milit. auctor est.* Et ideo B. Augustin. Sermon in die dominica Palmarum 3. baptizatis non modico post baptismum tempore voluptatibus abstinentiam monet.

Aiunt deinde Imperatores, OMNI THEATRORVM ATQUE CIRCENSIVM VOLVPTATE PER VNIVERSAS VRBES BARVNDEM POPVLIS DENEGATA, TOTAE CHRISTIANORVM AC FIDELIVM MENTES DEI CVLTIBVS OCCUPENTVR.] Ut tant ergo Imperatores

festis, de quibus suprà egimus, diebus, theatrales ac Circenses ludos edi. Eiusmodi namque ludorum celebrationem ab eorum dictum religione alienam meritò existimarentur. Scenica certe spectacula, ut irritamenta vitorum & ad corrumpendos animos potentissimè valentia, cautè ac studiosè fugienda diuinæ legis interpretes semper admonuere: longèque ab his primos Christianos animo & voluntate abhoruisse, Tertullianus capite trigesimo octauo Apologeticu indicat. *A Equè, inquiens, spectaculu vestris in tate invenimus, inquantum originibus eorum: quas scimus de superstitione conceptas cum ipsis rebus, de quibus exiguntur, præterimus Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania Circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xyli vanitate.* Fœditatem quoque eorum, quæ in theatris ac scena de Gentilium diis representabantur ridet cap. 15. ciudem libri. Omniaque adeò spectacula proprio libro, quem de spectaculis inscripsit, acer-
timè exagitat Cyprianus quoque epist. 2. lib. 2. Conuertere, ait, *hinc vultus ad diversi spectaculi non minus prenitenda contagia.* In theatru quoque confipies, quod tibi & dolori sit & pudori. Cothurnus est Tragicus prisca facinora carmine recensere, de parricidio & incestis horror antiquis expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne seculis transiuntibus exo'escat quod aliquando commis-
sum est. Admonetur omnis etas auditu fieri posse, quod aliquando factum est. Nunquam cui senio delicta morsuntur, nunquam crimen temporibus obruitur, nunquam scelus obliuione sepelitur. Exempla sunt que iam esse facinora desisterunt. Tunc delectat in minis turpidinum magistro, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere posse audire. Adulteriam discutit cum videatur, & lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, que pudicafortasse ad spectaculum matrons processerit, de spectaculo reveretur impudica. Aliuc deinde morum quanta labes, que probrorum fomenta, que alimenta vitorum, histrionicus gestibus inquisitari? vide-dere contra fœdus, iusque nascendipatientiam incestæ turpidinus elaboratam? Enirantur (sic enim lego) mares, omnis honor, & vigor sexus enerasti corporis dedecore emollitur, plusque illic placet quisquis virum in feminam magis fregerit. In laudem crescit ex crimine, & eo perior, quo turpior iudicatur. Spectatur hic proh nephæ, & libenter. Arnobius etiam libro 4. aduersus gentes, ipsi smec-

paganis velut pudendum obiicit, quod theatra non dissoluerent: in quib. infamiae numinum propudiosit. cottidiè publicarentur in fabulis. Effundit & eloquentia sua flumen in theatris insectandis Laetant. l. 6, Diuin. inst. c. 20. In scenis, ait quoque nescio an sit corrupcia villosior. Nam & Comica famula de stupris virginum loquuntur & amorib. meretricum: & quod maxime eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententi irum elegantia persuadent, & facilius inhaerent audientium memorie versus numerosi, & ornati: Item Tragici & historici subiciunt oculis parricidia, & incesta regum malorum, & cothurnata scelerata demonstrant. Histriorum quoque impudicissimi motus, quod aliud nisi libidines docint, & instigant: quarum eneruata corpora, & in muliebrem incessum habitudine mollicita in pudicis feminis in honestis gestibus mentiuntur. Quid de minis loquar, corruptelarum preferentibus disciplinam? qui docent adulteria dum fingunt, & simulari erudit ad veram? Quid iuvenes aut virgines faciant, cum & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonentur utique quid facere possint, & inflammantur libido, qua aspectu maxime concitat, ac se quisque proficisci in illis imaginibus prefingatur: probanteque illa dum rident, & adserentibus virtus, corruptiores ad cubicula reverentur: nec pueri modo, quos pre naturis virtus imbuvi non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet, in eadem uitiorum semitam dilabuntur. Et mox: Visitanda ergo spectacula omnia non solum ne quid ritorium peccatoribus insidie ut, quae sedata & pacifica esse debent, sed ne cuius nos voluptatis consuetudo deliniat, & à Deo, atque à bonis operibus querat. Nam ludorum celebraziones, deorum festa sunt. Siquidem ob natales eorum, vel templorum nonorum dedicasiones sunt constituti. Et primus quotidien venationes, que vocantur munera. Saturno attributa sunt, ludi autem scenici Libero, Circenses Neptuno. Paulatim vero & ceteris dies de non honos tribus caput, singuli que ludi numinibus eorum coelestis sunt, sicut Si, innius Capito in libris spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quem religionis gratia conueniatur, discissit à Disciplina, & ad Deos se contulit, quorum natales & festa celebravit. Idem Laetantius cap. 6. epitomes: Quid scena, num sanctior? in qua Comedia de stupris & amoribus: Tragedia de incestis & parricidis fabulatur. Histriones etiam impudici gestus, quibus infames feminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent: an non minus corruptela disciplinarum est? in quo sunt per imaginem, que

Poloposus, pro, Poloposus in l. 12. D. de adilic. edict. Contra Centyrio, pro, Centurio in l. 2 6., conuenit. D. de partis dotalib. l. 40. D. de administr. tut. l. 15. D. de vulg. & pupill. Ut Lysitania, pro, Lusitania in l. vlt. D. de censib. Fuit etiam olim Latino i. magna & ad commutationem procluis cum vocali v. cognatio. Inde adeò quod hodie Recuperare, antiquitus Reciperare dictum non ex Pisanis Pandectis tantum, sed ex aliis vetustis omnibus codicibus intellegimus. Ex diuerto Diploma, pro, Diploma, Adsimulatur, pro, eo quod vulgo Assimilatur in isdem Pandectis legimus. Et planè Adsimulare dixisse antiquos Diomedes tradit, Ciceronisque & Virgilii testimoniis confirmat, licet eam scripturam veterum codices in hunc diem non retinuerunt. Arcensis etiam amicis Florentiae scribitur in l. 39. s. propositum. D. legat. iii. vbi alii codices Accersiti habent. Atque ita, quantum memoria repeteo, in manuscriptis veterum autorum codicibus, quos quidem mihi videre antehac contigit, Accersere, pro, Euocare scriptum, vbi cumque id occurrit, repperi: licet Grammaticorum distinctioni hanc scripturam repugnare non ignorem, qui Accersere in ea significatione ditendum contendunt. Vnde in l. 7. C. vbi causa fiscal. quod loci typis impressi libri, Accersendis, veteres mei Accersendi scriptum habent. Itidemque apud Cicero. pro A. Cluentio primi qui ex Venetorum officina prodiere codices, Accersit sine causa puerum, non ut recentiores, Accersit, ediderunt. Defrudentur vero, quod est in l. 45. in fin. D. sol. martimon. cuius loco hodie Defraudetur, scribimus, germanam antiquitatem olet. Defrudo enim, non Defraudo veteres dixisse, ut reliquos omnes taceam, Nonius Marcellus notat, & hoc Plauti Asinaria verlu comprobat:

T'en ego defrudem cui ipsi nihil est in manu? Subdit & Terentianum ex Phormio. Act. j. scen. j. versum.

Meum defrudans genium comparsi miser. Constitit certe, pro, Consistit se penumero in Pandectis Pisanis scribitur. l. 68. & l. 98. in fin. D. de solutionib. l. 34. &c. de negot. gest. Et Consisteremus, pro, Consisteremus in lege 26. D. de iudicis. Iuuenalem etiam facilitatem, non ut alii libri, Iuuenalem, eadem Pandectæ scribunt in lege 15. s. lex Iulia. D.

ad leg. Iuliam de adulter. & Sycaminonem arborem, in l. penult. D. de extraord. criminib. vbi alii Sycomorum. Et Per-
focat in lege quarta D. de liber adgn. vbi alii Præfocat. Scri-
bunt & cædem Pandectæ ut plurimum, Atquin, non Atqui.
lege 78. §. penult. D. de negot. gest. l. 59.
D. ad Trebellia. l. vlt. D. de fideicom. libert. 15. D. adlegē
Iul. de adulter. Refectionē itidē, pro , Refectionem aliquo-
tis scribūt. l. i. §. cloacę. D. de cloacis: l. 3. §. vlti. & l. vlt. D. de
riuis. At Vrguere, & Tinguere, addito, v, in ceteris tēporibus
constanter scribunt. l. vlt. D. de iudiciis. l. 22. D. de negot.
gest. l. 73. D. de leg. iiii. & aliis innumerabilibus locis. Quę
vrbī Tinguo scriptura Capro Grammatico probatur: Et in
hunc quoque modum Vrguet, in Lexico Beati Germani
scribitur, & vertitur ērāy, na ērāwū. Thētauru. Placet etiam
Probo attis suę peritissimo, ita scribendum Vnguo. Planè
meram antiquitatem sapit, quod Prægnas prægnatis, reli-
quosque dēinceps casus simili forma exdem Pandectæ effe-
runt. Cui dictiōnē vt posteritas litteram, N inseruit, ita de
quibusdam aliis vocibus detraxit, quibus euphonias gratia
olim ea interiici & interponi consueuerat. Nanctus enim, &
Thentaurus, Quotiens, Quotienscumque, Vicensimus,
Quadragensimus, Centesimus, & alia id genus hodie sine Ni-
pronuntiantur. Quibus haud satis scio an adnumerari de-
beant quæ in iisdem Pandectis obseruaui, Relinquerit, Re-
linquisset. l. 79. D. adlegē Falcid. l. 2. §. si ex emancipato. D.
de collatio. bonor. l. 41. §. Lucius. D. de fideicomm. libert.
l. 122. D. de verb. obligation. & aliis infinitis locis. Item Cō-
tingerunt in l. 41. §. Titius. D. de fideicomm. libert. Obtin-
gerunt in l. 15. dē inunerib. & honorib. Confunderant in l.
31. D. locati. Rescindēterat in l. i. §. quod dait Prætor iu fin. D.
de cloac. Nam nec absimili specie Rumperit, Rumptum, &
Cortumpit, pro, Ruperit, Ruptum, Cortupit ibidem legi-
mus in lege 22. D. de fact. lege vlt. D. locati Rubr. de iniu-
sto rumpto, & irritto, lege vlt. D. locati. Et quedam alia
præterea verborum tempora contra Grammaticorum re-
gulas formata habent. Veluti Accederat, pro Accesse-
rat in lege vitium. D. de adquirenda heredit. Deceder-
at, pro. Decesserit in lege vigesima septima §. primo,

Ecclesiast. c. 17. ἵπει γάρ προπότερον Βίοια δορύς τὸ γενέταγ
ται· γένεται δὲ τότε ὡς θεῖταις τὰς "Παραλίας" εργαζομένας, καὶ
βασιλεὺς τηγανίδων πολεων τὰς γενεθλίους οὐκέτι γειτονεῖς. Quia sic Cal-
cidotus hist. tripartit. libro 6. cap. 30. conuertit. Cum ve-
nisset enim tempus quo imperialis milites solent dona accipere.
Hoc enim agitur plerumque die Kalendarum Ianuariarum, &
natali principium & urbium regiarum. Mamettinus in Panegyrico Maximini: *Tibi potissimum imperator inuicite lau-
des canimus, & gratias agimus, quem similitudo ipsa stripis tue,
ac usitata natura ad honorandum natalem Romæ diem tam li-
beralem facit, ut urbem illam colas conditam, quasi ipse condideris.*
Sic & natalem annum urbis Romæ dixit Orosius. lib. septi-
mo c. 13. *Quis autē fuerit vtriusq; Romæ veteris & nouæ na-
talibus dies, explicemus. Romam quidem certè Palilibus con-
ditam fuisse non est ignotum. Varro lib. 2. De re rustica, cap.
1. de Remo & Romulo agens. Nam ipsos quoque, ait, fuisse
pastores obtinebit, quod Palilibus potissimum condidere ur-
bem. Cicero lib. 2. De divinatione. Lucius quidem Tarutius
Romanus familiaris noster, in primis Chaldaicis literis eruditus,
urbis etiā nostræ natalem diem repeatebat ab iis Palilibus,
quibus eam à Romalo cō litani accepimus: Romāq; , cum
esset in iugo Luna, nārā esse dicebat, nec eius fata canere dubi-
tabat. O vim maximā erroris! Etiamne urbis natalis ad vim
stellarum & lunæ pertinebat? Ouidius lib. 4. Fastorum:*

Apro dies legitur, quo mens signat aratro:

Sicra P̄. lib. aderit: inde mouetur p̄. s.

Velleius Paterculus in fragmentis hist. *Sexta Olympiadē post
duos & viginti annos quām prima constituta fuerat, Romulus Mar-
tus filius uite iniurias ait, Romam urbem Palilibus à Palatio condi-
dit.* Propertius lib. 4. Elegiar.

Urbis festus erat, dixerū Palilia patres,

Hic prius cœpit mēnibus effidies.

Eusebius quoque in Chronicis Palilibus urbem Romanam
conditam scribit. Quo autem die Roma sit condita, liqui-
dius ita Plutarchus in Romulo exponit: ὅπ μὴ εἰ ἡ απόστολος
παρέγραψε τὴν τοπογραφίαν Μαΐαν, ὁ μολογυτας, εἴ τις οὐτε
εὐτέλει επεξέγειτο Παραλίας, γε ἀλλοὶ τὸ πατρίδο, οὐ μάζοτε.
Quem locum sic interpres reddidit. Urbem igitur ad ii.

Cal. Maii. condicēptam esse opinionē omnium satis constat, eumque diem festū Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes. Ex quo apparet Romæ natalem diem fuisse 11. Kalend. maii. Quod & idem auctōr in Numā tradit, his verbis: ήμέρα δε γεράσις καὶ δὴ περίθετο τὸν Ράμφον ἔπος οἱ Θεοὶ Ράμφων. αὐτὴν δὲ ιητού, τοῦδε δικαιματολογίαν Μάτην. vbi male interpres vnde Rom. iij Kalen. Mias conditam vertit. Natalem siquidem eius diem fuisse 11. Calend. Maias Latini auctōres testantur. Plinius lib. 18. natur. hist. c. 25. Assyriæ autem 12. Calendas. Hoc est vulgo *Sydis Palīcium*: quoniam 11. Calend. maii vrbis Roma natalis. Solinus Polyltor. cap. 2. Ibi, at, Ro natus mansit aut, qui a spī-
cata murorum fundamenta rexit, duodeviginti natus annis, 11. Calend. Maias hora iam secunda ante teritum, Eutropius lib. 1. Is cum in-
ter pastores larocrinaretur de imo oēt uno anno nascituratus sue, urbem
exiguam in Palatino monte constituit 11. Calendas Maii, O'lympia-
dis sexta anno tertio. Zonaras tomo secundo Annalium:
ηδὲ καπίτος τῆς πολεως ταῦτη ημέρα τετέλειτο τῇ πολιτείᾳ οὐδεὶς καλεό-
σατο Μετέων, οὐδὲ εἴσοδον Αθηναῖς. οὐ τῶν μερισμῶν ταῦτα έργα τοῦ Ζεύς Ρωμαῖοι γενθων την προτερίῳ δομαζοντες, id est, Vrbis e-
ificatio 11. Kalendas M. iii, hoc est, vicesimo Aprili secessit soluta: qui
dies Romanis festus est & parva natalis appellatur. Constantino-
polis verò natalem V. Id maias fuisse, Zonaras nos docet
tom. 3. Annalium de Constantino agens: τώποι οὐ φιλοτίμως
οἰκοδομεῖ Κωνσταντίνου πολιν αὐτοὺς έπει τῷ οὐδέποτε οἰκίσα καλεῖ, οὐ
αστήνοις αὐτοὺς τῇ παρθενίᾳ γεγένεται μητέρει. Ηδὲ δὲ ζεπτονθάσι οὐ πο-
λεως, καὶ τινας οὐδενατά την Μετέων μελώς. πελάτη πατρότης γενθλία οὐ
τυγχάνει. Ετος οὐδεμένης πετακυχλιαστός, οὐτακοπασθητοχοῖς οὐδέδος. i. Vrbem j. idōse condit, a. / e Co γενενηρ. lim vocat, & me-
tri D. i. consecrat. Vrbe ad II. Mari absolute, natale eius seu dedica-
tionem celebrat anno ab orbe condito quinque mil esimo octogentesi-
mo trigesimo oītano. Est autem Constantinopolis Pacationo &
Hilatiano Coss. condita auctōre Calliodoro in Consulum ca-
talogo. Ceterū plura de Constantinopolis constructione sci-
re deliderant, legendi sunt Socrates libro primo hist. Eccl.
capite 16. & Sozomen. libro secundo capite 3. Indeque pe-
tenda est eius interpretatio, quod Iustinianus eam Deo pro-

pitio, meliorib. quam veterem Romanam auguriis conditam scribit in l. 1. *Ced de vetere iure enucleando.* Nimirum quia non ut illa vultus um auspicis, sed diuino oraculo, ut & Zonar. notat, condita est. Nisi o allusisse Justinianus existimandus est quod idem Zonaras scribit Calcedone opere inchoato aquilas deuolasse, fabrorumque funiculos raptos freto superato iuxta Byzantium deieccisse. Fit deinde in nostra constitutione carum festiuitatum mentio, de quibus satis superque supra diximus. Itaque omissa proxime sequentium verborum interpretatione, ad eum locum veniam, quo in feratis diebus ponunt Imp. eos quibus in lucem editi, vel ad imperii fastigium euecti erant, his verbis:

NOSTRIS ETIA M DIEBUS QUI VEL LVCI AVSPICIA VEL ORTVS IMPERII PROTULERUNT.) Natales planè suos dies præcipua quadam religione ac lætitia priuatim quisque olim prosequebatur. Cuius moris infinita propè possunt ex veterum libris testimonia proferri, quæ nos in aliam iam mente conceptam scriptiōnem differimus. Itaque mirum nemini videri debet principum natales in feritorū dictum ordinem ac numetum referri. Natalis quidem certe Augusti, cum is in Apollinares ludos incidisset, celebratiōnem in sequentem diem Senatum reieccisse Dio lib. 48. hist. scribit, propterea quod Sibyllinis versibus alii Deo quām Apollini eam diem festam esse interdictum esset. Idem Dio lib. 53. refert Natalem Augusti diem Iulium Antonii F. Prætorem equestri certamine & venatione celebraſſe, & ex Senatusconsulto epulum Augusto & Senatorib. in Capitolio præbuuisse. Natalitiis namque principum epulum cum ludis populo datum in dicio est, quod apud eundem Dionem lib. 54. ingratiam Augusti concessum legimus, vt Natalitiis eius cælibes inter alios spectare epulisque interesse possent. Natalem etiam Caii ludis & certaminibus celebratum idem narrat lib. 59. Natalem tamen suum Claudius honorari minimè passus est, vt idem auctor est libro 59. Sed & hi dies quibus principatum adepti erant Imperatores hilaritate summa publicoque adeo gaudio transmitti consuerant. Inde Plinius ad Traianum libro 12. Epistola. *Diem, ait, in quem tu-*

tela generis humani felicissima successione translata est, ut in reto. o-
ne celebravimus, committantes imperium auctoribus & vota publi-
ca, & gaudia. Cui Epistola ita Trajanus respondet. Diem ini-
perii me debit aletis & religione a comitatu. tuis & prouincialibus
preeunte celebratum, libenter mi Secunde charissime cognos-
ti literis tuis. Atque ad has quae in principum gratiam publice
agitabantur festivitates, referendum videtur quod Ter-
tullianus Apologetici capite 35. in hæc verba scribit: Propterea
igitur publici hostes Christiani, quia Imperatoribus ne-
que vanos neque mentientes, neque temerarios honores
dicant: quia vera religionis homines etiam soleninia eorum
conscientia potius quam lasciuia celebrant. Grande scilicet
officium focos & choros in publicum educere, vicatim e-
pulari, ciuitatem tabernaculo habitu adolefacere: vino lutum
cogere, cateruatum curvitate ad iniurias, ad impudentias, li-
bidinum illecebras. Siccine exprimitus publicum gaudium
per publicum dedecus? hæc sine solenniis dies principum
decent quæ alios dies non decent? Verum aperius visitatam
in principum natalibus luxuriam exprimit Maximus Episco-
pus Sermone qui inter Ambrosios est decimus quartus.
Loquitur ait, quanto sat, quantoque concursus cum imperatoris mun-
dus natus celebrandus est, bene nos: quemadmodum daces
eius & principes omnes etiam militantes accurate sericeis uestibus ac-
cincti, operosis cingulis auro fulgentie præciosis ambiant solito nitidius
in conspectu regis incedere. Credunt enim maius esse Imperatoris gau-
dium, si viderit maiorem sue apparitionis ornatum, tantoque illum
latum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festivitate deuoti:
ut quia Imperator tanquam homo corde non conspicit, affectu in ec-
cum circa se probet, vel habitum conuendo. Ita si vel splendi dius se
accurret, quisquis regem fidelius diligit. Deinde, quia in die Natalis
suis scilicet eum largum futurum, ac donaturum plurima vel ministris
suis, vel iis qui in domo eius abiecli putantur & viles, tanta præsthe-
sauros eius replere dñi iarum varietate festinant, ut in quantum pro-
rogare voluerit, instantum prorogatio caputa non definat, & ante
voluntas donandi deficiat, quam substantiali argiendi. Ad horum etiā
dierū festivitatem pertinet, quod in l. 2. de spectac. i. c. 1 h.
In ipso præcipiunt, nullum omnino iudicium aut Theatrali-

384 AD L. DOMINIC. DE SPECTAC. IN C. TH.
bus ludis, aut Circensium certaminibus vacare, nisi illis tan-
tum diebus, quibus vel in lucem editi, vel imperii essent sce-
ptra sortiti. In honorem quoque principum ferias extra or-
dinem nonnunquam indicias Vlpianus celebratur in l. Sed et
si, §. Si feriae u. b. quibus causis maiores.

FINIS.





BARNABAE BRIS. SONII I. C. ΠΑΡΕΡΓΩΝ LIBER SINGULARIS.

Ad Franciscum Alemantium V. C. libellorum supplicum magistrum.

ANIMI est, vir clarissime, bene à naturā instituti, velle prodesse quām plurimis, nec sibi se dumtaxat, sed & omnibus natū existimare. Quo ego studio ductus, cūm cuperem laboris nostri fructū manare quām latissimè, voces quasdam a locutionum figurā ad iuris quidem certè scientiam parum pertinentes, certū lingua Latīna ornamētum aliquod, incrementumq; adlaturas, seorsum adnotauī, ut ad homines quoque à profēsione nostra remotos, aliqua ex Pandectis beneficio meo utilitas perueniret. Quamquam non decrunt, sat scio, qui mihi tantum aut à grauioribus studiis aut à forensibus negotiis, in quibus bona nobis tēporis pars, ponitur, otii esse mirentur, aliena vt ab arte nostra curare, cāque, quā nihil ἀλφιτα attinent, liceat. Quorum me licet ab instituto laudis cursū sermones numquam deflexerint, cūm tamen ad eos velutiventos moderandos dux & auctor recepto more opus esset, quem tecum compararem habui neminem: In quo præter eximias & prædicatione nostra superiores virtutes, cam in me ornando promouendoque voluntatem perspexi, qua nisi planè ferreus non potuissem non ad te colendum obseruandumque trahi. Cuius mei officij ut aliqua mihi ratio apud vulgus constaret, datam mihi qualemcumque meā in te obseruantę testificandę occasionem omittere nolui. Itaq;

libellum hunc leuisissimi licet & pene nullius momenti, attamen grati & benevoli animi testem in tuo nomine ac lubens diuulgavi, quem te eo liberalius accepturum confido, quod maiorem te par est voluntatis meæ, quam facultatis ducere rationem.

Verum ut ad rem ipsam veniam, imprimis quæ in Pandectis Pisaniis aliter atque in tritis & vulgatis codicibus scripta occurrant, & quid eam varietatem, aut potius receptæ passim scripturæ labem creauerit, paucis demonstrabo. Nec cuim in alienas possessiones temere irruere & vastissimum de Latina Orthographia dicendi campum ingredi animus est. Tantum quæ propositis rebus necessaria sunt, ita persequar, ut mihi res non me rebus subiiciam, reliqua ad eos quorum de ea re propria notio est, remittam. Inuenio autem quod Sterquilinum vulgo dicitur, Sterculinum in Pandectis Florentinis scribi in l. 17. §. vlti. D. si seruitus vindicet. & in lege 17. §. fundo. D. de actionib. empt. Quam scripturam veteres M. Catonis de re rustica, & Terentii Comœdiarum libri adjuvant, in quibus Stercilinum constanter legi iampridem Pet. Victorius, & Georgius Fabricius prodiderunt. Confirmat hoc idem B. Gerini Latinogrecum lexicon, in quo ita est, Sterculinum κοτερινόν, κοτερία. Idque & verbi ipsius origo suadet, ex qua Stercutij quoque Dei quem à veteribus stercorandorum agrorum causa cultum Isidor. lib. xvij. Etymolog. capite i. uidit, efficta & formata appellatio est. Ac facile in hoc verbo. in Q. vt in aliis multis dictiōnibus propter adfinitatem mutatum est. & quod Quippe dicimus, id in Pisaniis Pandectis Coeppe in l. 16. §. j. D. de adquir. poss. & alias Coeppe scribitur in l. 8. §. vlti. D. de contra tab.

Præterea quod vulgo Sursum versum, in Pandectis Florentinis, Sufum versum recte meo quidem iudicio non semel scriptum est. l. 28. in f. D. de probationib. l. 9. D. de diuort. l. 7. vlti. §. sunt ex lateribus. & §. nūc singulos. D. de gradib. &c ad finibus. Probabiliorē autem mihi eam lectiōne facit quod à Sus. duātum Sufum mihi persuadeo. Etiam Cis & Vltis cēdem Pandectæ habent in l. 2. §. capta. deinde. D. de orig. iur. non ali codices, Vls. Sed & quod Tegmen & Subtegmen-

passim , Temen & Subtemen Florentiæ dicitur. l. 70. in
 prin. & §. vlti. D. delegat.lib. iij. l. 22. in fi. D. de aur. arg. Quā
 Scripturam Lexicon B. Germani comprobat, vbi Subtemen
 καρκίνον ἀπόλητον vertitur. Hoc amplius Florentiæ libri Culcitas
 non, vt & alij. Culcitas ciferunt. l. 3. D. de suppell. leg. l. 25. s.
 Culcitez D. de aur. arg. Eamque scripturam in Lexico B. Ger-
 mani repperit in quo Culcita τύλη redditur. Apud Ildorum
 etiam lib. xix. Etymolog. cap. xxvij. ita scriptum est, Culcita
 vocata quod culcentur, id est, farciantur pluma sive tomento,
 quod molliores calidioresque sint. Coercitionem quoque
 Florentiæ Pandectæ; non, vt vulgus loquitur, Coercitionem,
 semper enuntiant. Nam vero Faustox & Faustiana actia recte
 in istud Pandectæ & in Pauli sententiæ libris & in Codice
 Theodosij Fabia & Fabiana dicitur. Eum autem errorem, qui
 diutina possessione cum virio codices. omnes occupauit,
 ex ea quæ inter litteras s. & v. olim extitit, cognatione ortum
 certe certius est. Nam cum & in pronuntiando & in scri-
 bendo promiscue atque indifferenter his litteris uterentur,
 eo factum est, vt una in aliam multis in dictiōibus degener-
 rauerit. Que res non paucos errores in auctopum libros
 inuenit, quorū ne longè exempla petantur, quam mul-
 ti codiccs Velle queri, pro , Belle queri: antehac scriptum
 habuerunt in l. 2. §. vlt. D. de suis & legit. Quintiam ex hac
 promiscua litterarum mutatione Celsi nomen corruptum
 fuit. Is enim in legum modò libris, sed & in Plinij Epistu-
 lis lubentius appellatur, qui Iuuentius dici debet, quem-
 admodum recte Pandectæ Florentiæ ediderunt in lege
 20. §. præter. D. de petit. hered. lege 7. §. 1. de iure pare.
 & antiquum illud vetusti libelli à me libro tertio Select. An-
 tiquit. relati monumentū testatur, cui Iuuentius Celsus sub-
 scriptissile traditur. Cuiusmodi nominis præfetus quidam
 yrbi à Symmacho lib. 1. Epist. xxix. memoratur. Nec absimi-
 li errore Iauolenus in Iabolenum transiit, & Hautius in Ha-
 bitum: vnde vitiata splendida orationis Ciceronianæ inscri-
 pripsit: quam pro Cluentio Auito dictam eamdem Pan-
 dectatum scripture patefecit, sicuti Iacob. Cuiac. vir de no-
 stra scientia optimè meritis, alii quoque eiusdem generis
 mēdis detectis, admonuit: quibus addatur licet emendatio l.

2.C.de censorib.& perequator lib.xj.vbi Fœtus vetauerit,
pro, Hebetauerit scriptum est: quemadmodum patet ex lib.
1.eo.titu in Cod.Theod ex qua amplius, vt hoc obiter ad-
moneam, patet Tribonianum capitale supplicium à Gratia.
& Valentini, irrogatum, in Competentem indignationem
transformasse. Atque ex hac litterarum mutatione· crea-
tam illam lectionis varietatem existimo, quæ inter Iusti-
nianum & Theodosianum Codicem intercedit in l. II. C.
de susceptorib.lib. x. vbi Vini susceptoribus legitur, cum in
lege 26.cod. titul. in C. Theod. binis susceptoribus scriptum
sit. In quo Codice etiam innumerabilibus prope in locis vo-
ces hæ, Connuerere & Connuentia depravatae sunt, in ea-
rumq; locum conhibere & conhibentia irrepserunt. vt in l.
71. & l.77.de decurionib.l 10.de murilegul.lege 2. quot.ap-
pell.non recip.l.39. de episcop. & cler. Inde quoque mana-
uit error ille, qui apud Cassiodor.libro v. Variar. Epist. ad
vniuersos possessor.cernitur:in qua Signini albei, pro Si-
gnini aluei cum vitio legitur,vt & apud Cicero.oratio.vij.in
Verrem circa finem, Lege de iudiciis iudicibusq; nobis pro-
mulgata, pro, iudicibusque nouis. Sed de his satis:ad institu-
ta pergamus. Quod vulgo sulphur, in Pandectis Pilanis sul-
phur scribitur.l.13.§. inde est quælitum. D. de usufru. Quo-
modo & in vetustis Catonis codicibus verbum hoc scriptum
offendisse se Victorius testatur. Inde Sulpuaria in l.55. D.de
legat.lib.iiij.l.147. D.de verb. signific. & Sulpuariæ pro ful-
puris sodinis in l. 52. §. si sulpuariæ. D.de furt. Eodemque
modo & Calphurnius in iisdem Pandectis scribitur in l.10.
D.de offic. procons. qui in aliis libris Calphurnius. Sed &
Ballistrarios cædem pandectæ nuncupant, quos alii Balli-
starios. lege vlt. D. de iure immunit. Quam scripturam
etiam Lexicon Latinogræcum B.Germani sequitur, in quo
ita est. Ballista, σφεδόν, οὐάγαρος. Quo postremo verbo vt
hoc in transcursu admoneam,in hoc significato Leo Imper.
in libr.de Bellico apparatu non semel vtitur. Enim uero mul-
ta quæ reliqui omnes codices per O efferunt, vocabula,
Florentini per y, scribunt. Constanter enim ac perpetuò
Epistulam habent, Epistolam numquam: et si Græca, vn-
de Latina ducta est, appellatio ita pronuntiandum suadeat.

Metamē in admirationem trahit quod & in vetustorum auctorum manu exaratis libris Epistulā scribi alii ante me monuerunt. Et ita quoque in inscriptione quadam Romana scriptum est,

M. AVR. ALEXAND.

AVG. LIB.

AB EPISTVLIS.

Subolem etiam non subolem iidem libri edunt l. 10. §. si serui. D. de iure dote l. 22. §. sin autem tantus. D. soluto matrim. l. 64. D. de condicio. & demonstrat. Quemadmodum & in Codice Theodosii qui Io. Tili beneficio Lutetię excusus est, vbiique hoc verbum scribitur. l. 1. de mulierib. quæ se seruis iunxer. l. 74. de decurionib. & aliis infinitis locis. Ut & in Lexico iam s̄epius citato, Suboles *υβικη*. Quod rectum videtur, vt à Subolescendo, id est subcrescendo, vox hæc derivata sit. Eam enim apud veteres verbum olescere significationem habuisse estus notauit. Adolescentem quoque ibidem semper legas, Adolescentem nusquam. Et Vtrubi, non Vtrobis. l. & Rubr. D. vtrubi. l. 9. D. de rei vind. Vtrubique, non Vtrobique. l. 4. D. de pact. dotalib. l. 85 D. legat. lib. iii. l. 25. D. quando dies leg. ced. l. 19. in fin. D. de iudic. l. ii. §. officium. D. de aq. & pl. l. 36. §. penult. de legat. lib. j. Varietatem autem hanc scripturæ, qua inter se codices dissident ex antiqua literaturu, & v. quam in sermone recipiebant, functione fluxisse credo, ex qua Vulgo & Volgo indifferenter scribi in veterū libris scimus. Inde ad eo qui paſsim Opilio. Florentiæ Vpilio dicitur in l. 60 in fin. D. de legat. iii. quamquam ouium custodes, Ouliones appellantur in l. 25. in fin. D. de instr. vel instrumen. Sic etiam Hoc, pro, Huc, (quod veteribus in vsu fuisse Seruius in viii. Æneid. nota) legimus in l. 6. D. de vsu & habit. Latinum porrò v. Græcum *ὑπόλογος* representare, eiusque loco in referendis dictiōnibus Græcis antiquitus suffici solitam non est ignotū. Hinc illa, Musia, pro, Mylia in l. 16. §. vlt. D. de pœnis. & Tympanum in l. 16. § illud. D. locati. pro, Tympanum. Assunus sermo, pro, Aisyrus in l. 1. §. vlti. D. de verbis obligationib. Sulla, pro. Sylla in l. 2. §. deinde Cornelius. D. de orig. iur.. Et Purrhus, pro Pyrrhus in l. 1. §. secundo D. de postulan. Et

ad leg. Iuliam de adulter. & Sycaminonem arborem, in l. penult. D. de extraord. criminib. vbi alii Sycomorum. Et Per-
focat in lege quarta D. de liber adgn. vbi alii Præfocat. Scri-
bunt & cædem Pandecte ut plurimum, Atquin, non Atqui.
lege 78. §. penult. D. de legat. iii. l. 19. D. de negot. gest. l. 59.
D. ad Trebellia. l. vlt. D. de fideicom. libert. 15. D. adlegē
Iul. de adulter. Refiotionē itidē, pro , Refectionem aliquo-
tiēs scribūt. l. 1. §. cloacę. D. de cloacis. l. 5. §. vlti. & l. vlt. D. de
riuis. At Vrguere, & Tinguere, addito, v, in ceteris tēporibus
constanter scribunt. l. vlt. D. de iudicis. l. 22. D. de negot.
gest. l. 73. D. de legat. iii. & aliis innumerabilibus locis. Que
verbi Tingo scriptura Capro Grammatico probatur: Et in
hunc quoque modum Vrguet, in Lexico Beati Germani
scribitur, & veritutē τέτην, κατερυθρή θηλητην. Placet etiam
Probo artis sua peritisimo, ita scribendum Vnguo. Planè
meram antiquitatem sapit, quod Prægnas prægnatis, reli-
quosque deinceps casus simili forma exdem Pandecte effe-
runt. Cui diſtioni ut posteritas litteram, N inseruit, ita de
quibusdam aliis vocibus detraxit, quibus euphonie gratia
olim ea interiici & interponi consueuerat. Nanthus enim, &
Thenlaus., Quotiens, Quotienscumque, Vicensimus,
Quadragensimus, Centesimus, & alia id genus hodie sine Ni-
pronuntiantur. Quibus haud satis scio an adnumerari de-
beant quæ in iisdem Pandectis obseruaui, Relinquerit, Re-
linquisset. l. 79. D. adlegē Falcid. l. 2. §. si ex emancipato. D.
de collatio. bonor. l. 41. §. Lucius. D. de fideicomm. libert
l. 122. D. de verb. obligation. & aliis infinitis locis. Item Cō-
tingerunt in l. 41. §. Titius. D. de fideicomm. libert. Obtin-
gerunt in l. 15. dē munerib. & honorib. Confunderant in l.
31. D. locati. Rescinderat in l. 1. §. quod ait Prætor in fin. D.
de cloac. Nam nec absimili specie Rumperit, Rumptum, &
Corruptit, pro, Ruperit, Ruptum, Corruptit ibidem legi-
mus in lege 22. D. defart. lege vlti. D. locati Ruhr. de iniu-
sto rumpto. & irritto. lege vlt. D. locati. Et quædam alia
præterea verborum tempora contra Grammaticorum re-
gulas formata habent. Veluti Accederat, pro Accesser-
at in lege vitium. D. de adquirenda heredit. Decede-
rit, pro, Decciserit in lege vigesima septima & primo.

D. de legat. iij Aduuauerit, pro, Aduuauerit in l. 15. §. 1. D. de manumiss. testam. Adpulserit in l. 1. §. 1. D. de manumiss. testam. Adpulserit in l. 1. §. Trebatius. D. de aqua cottid. Et Tullisse in l. 13. §. si is qui hominem. D. de acceptilationib. Et Oblinuerit in l. 1. §. 1. D. de extraord. criminib. Sed vt nudæ antiquitatis reliqua in Pandectis impressa vestigia perse-
quar, non omittendum est, quod Vxorei, pro, Vxori legimus in l. 31. D. de vſufruct. leg. Ipſeis, pro, Iphis in l. 1. D. de feriis. & Beniuolentia pro Beneuolētia l. 62 D. de hered. inst. Cuius generis in vetustis saxis monumētisque exēpla sūt fre-
quētia. Plostrum item & Clodiū illic scribi obſeruabis, quæ nunc per aut efferruntur. Item Neglegere, Intellegere, Deiu-
dicare, Delenimentum, Deuerticulum, Destriōte, Desperire, Deminutum, quæ nunc per l. enuntiantur. Cui mutationi facile ipſa litterarum adfinitas locum dedit, quæ anti-
quis temporibus ſinē villo diſcrimine inter ſe commutabantur, quemadmodum Fabius lib. j. capite xii. & Gellius lib. x.
cap. xxijj. & Donatus in Phormio. Terentii admonēt. Ma-
xime verō ea in diſtionum ſine licētia vtebantur. Vnde No-
xale, pro, Noxali, in l. 27. in princ. D. euictiōnib. Defenſio-
ne, pro, Defenſioni in l. 39. §. 1. D. de noxalib. Exceptione,
prō Exceptioni in d. l. 39. §. penult. Rursus Petitioni, pro,
Petitione in l. 8. D. de rei vindicat. Et Feruminationi, pro,
Ferruminatione in l. 23. §. itē quæcumque. D. eod. tit. Ad-
finitati, pro, Adfinitate, in l. 39. D. de iniur. Cuiusmodi inſi-
nita exempla in eorum librorum lectione versantibus o-
ccurrent quæ hinc admonitus ſibi quīſque ſuo ſtudio obſer-
uabit. Eſt & ex antiquo loquendi more repetenda quorum-
dam verborum à vulgari forma diſſidens ſcriptura. Apisci e-
nim, pro, Aediſci, Et Cludo, pro, Claudio non raro in illis
Pandectis leges. Nubſit etiam, & Scribſit, quæ paſſim per P.
ſcribuntur, aliquotiens inuenies in tit. De condicion. & de-
monstratio. At ex contratio Optinere, & Optulit, Suptile,
Suptilitas in iſdem libris, vt plurimum per p. non vt in aliis
per B. ſcribuntur. Sed & multa per c. illuc ſcripta animaduer-
ti, quæ per T. vbiq[ue] aliās concipiuntur, veluti Condicio,
Aedilicius Aedilicia, aduenticium, Muciana, Venaliciarii,
Conuicium, Solacium, Traiecticia, Pigneraticius, Pignera-
ticia,

ticia, quæ duo postrema etiam in Codice Iustinianico rupta sunt. Recitoent. & illi libri sicut semper in compotis verbis integras utrinque voces. Itaque Exstat, Expectat, Extoluerit, Exsequi, Extrahere, Exspirat tam cœribus legimus ut nimirum sit & puidæ diligentia loca proferre. Eadem forma Transducere habent, non Traducere in leg. 13. §. primo D. de Publicia. leg. 61. D. de legat. lib. 3. lege 31. D. de pœnis. Et Transcribere in leg. 91. D. de diuersi regulisiur. In lacrymari in lege 19. D. de officio præsid. Introgare. l. in fin. D. de seru. exp. Et Circumire in lege. 7. §. primo. D. de offic. procons. Nonnulla quoque contra receptam scribendi consuetudinem in illis libris vocabula aspirantur. Nimirum Harena, Harenatii, quibus in verbis aspirationem Phocas Grammaticus desiderat. Item Holus lege 12. & primo D. de vnu & habit. Verhedi in l. ultima D. de munerib. & honorib. At harundo, & harundinetum, non absclissæ, sed varie, & modò addita, modò dempta aspiratione. Sicut & Trahianus quādoque, lege. 4. in fin. D. peculatus l. 3. in fin. D. de abigeis. l. 5. §. vlt. D. de his quæ ut indign. & Trahianopolis. lege prima D. de censibus. Per contrarium quædam in illis libris citra spiritum, aliter atque vulgo scribuntur. Qualia sunt hæc, Carus, Caritas, probenevolentia, Postumus. Quæ quia in Pandectis obvia sua sunt, idcirco locorum testimonio supersedeo. Tantum conformatæ huius scripturæ causa Lexicon Beati Germani citabo, in quo Postumus sine aspiratione scribitur, definiturque ὁ Πόστος μὴ τὸ πατέρος οὐδὲ αὐτὸς πατέρος δὲ γερόποιος. Suntiliter citra aspirationem verbum Tus scribitur, non modò in lege 3. §. penul. D. de penu leg. Necrum etiam in eodem ædis B. Germani Lexico. Quam scripturam rectam esse Isidorus libro xvi. Etymolog. capite o & tauto à tundendo huius verbi originem deducens, docet. Item Partos Pāde & efferūt non Pārthos. l. 10. D. de conditionib. & demonstrat. & Ederam in leg. tertia D. arb. furt. cæsi. & Vmorem leg. 57. D. locati. leg. 18. D. de seruitutib. vrb. Et Vmerale in l. 14. §. vlt. D. de re milit. Et Redam. leg. 60. §. pen. D. locati. Trocleas. l. 19. §. illud D. co. tit Renum in l. 11. D. de euictionib. Acnum in lege. 12. D. de instru vel instru. Ceterum loco RH. aspirati in multis præscriptimque pe-
dd

regniis distinctionibus. F. ponitur, sic Fœnices, Elefantos, Filippos, Oſſitaniū, Chirografa, Sifones, Efesum in Florentinis libris legimus l. i. & l. vlt. D. de censibus. l. 2. in fin. D. ad l. Aquil. l. 6. D. de adquir. hered. l. 11. §. j. D. de seruo corrup. l. 12. D. de instr. vel instru. l. 137. §. cum ita. D. de verb. oblig. Insuper quædam vnicis litteris concepta vocabula in illas libris, occurunt quæ nos geminatis ac repetitis scribiimus, ut Conubium: quam eandem scripturam Lexicon B. Germani sequitur, ut supra lib. ii. de verb. signific. docui. Item Conexa. l. 17. D. de negot. geit. l. 59. D. de rei vindic. l. 1. §. penul. D. de suis & legit. Litus & litora l. 2. l. 3. D. de rer. diuīsio. & alibi ſrpe. Copertoria in l. 38. §. i. D. de aur. arg. que vulgo Coopertoria. Illico, Vilicus, Vilica. l. 146. l. 203. D. de verb. signifi. & aliis infinitis locis. Pedissequa l. 65. D. de legat. libr. ii. Britanica l. 46. D. ad Trebellia. Postremò Aulū Aediles Curules, Oportune, sine litterarū geminatio ne in illis libris vel indigēs lector offēdet. Vice versa geminantur in aliquot dictiōnibus litteræ, quarum repetitionem cōmuniis ac trita scribendi ratio repudiar. Nam & Querellā, Sequellam, & Sollemnem, Litterā. Immò, Quinimmo Cōminus, Repperit, Metēnarius perpetuò inuenies. Et certè in Lexico B. Germani eodem modo Querella scribitur & reditut quæphis. Bracchium etiam iidem libri scribunt, l. 23. §. item quæcumque. C. de rei vindic. l. 12. D. de ædilic. ed. Et Sollertia l. 24. D. ex quibus caus. maio. & Massurium l. 2. §. his etiam. D. de orig. iur. l. 105. D. de verb. oblig. l. 144. D. de verb. sign. Et Catillinam. l. 8. D. ad leg. Iul. maiest. Receidere l. 10. l. 40. D. de adoptionib. l. 7. in fi. D. quod cuiusque vniuerſit. l. 6. D. de captiu. l. 13. D. de optio. leg. Summissit etiam & Promissit, inuenias in l. 15. §. conuiciam. D. de iur. & l. 49. D. famili. excise. & Reppulerit in l. 86. §. i. D. de legat. i. At Supremum, Cupæ, Culei. variè & interdum vnicis ac implicibus interdum repetitis litteris scribuntur.

Enim uero pars vocalibus scribi olim solita quædam vocabula quibus aunc diphthongos addimus ex constanti eorum librorum scriptura obseruaui. Cuiusmodi sunt hæc, Hereditas, Ceterū, Edere, Feminina, Fetus, Venero, Russus.

cum diphthongis quædam scripta obseruaui, quæ ab iis vulgo
vacant. Vcluti Pæne, sicut & in Epigrammate veteri Roma.
Docta Erodita pæne Musarum manu Item pænula l. 7. de
de supell. leg. Penurial. 25. in fin. D. de pigner. aet. Obœdi-
re in l. 8. in fin. D. de pollicitationib. Amœnitas in l. 3. D. de
aqua corrjd. Scena in l. 1. & l. 4. §. vlt. D. de his qui votant.
infal. l. 24. D. ad leg. Iul. de adul. quemadmodum in Epi-
grammate quoque marmoris Romanis scriptum fecunt, in
hoc versu,

Et Græca in scena prima populo apparui. Vnde Scenica in
l. 15. §. eti vestimentorum. D. de viuſt. l. 127. D. de verb. si-
gnific. Et Proscenium in l. 8. D. de pollicitationib. Depræ-
hendere planè & comprehendere non sine varietate aliqui
diphthongis augentur. Potrò alias olerumque à receptis, di-
phthongos verbis quibusdam Pandectæ tribuunt. Etenim
Cænum & Fænum, Cæcus, Penitentia, Cælum quæ vulgo
per Oc, illuc per Ae eduntur l. 26. D. de adquis. rer. domi l.
93. §. penult. D. de legat. libr. iii. l. 1. D. de postulan. l. 28. D.
de serui. verb. Et quod mihi magis mitum accidit, sequus y-
bique illuc scribitur, ut & in Lexico B. Germani fœnerator:
quamquam è fetu pecuniae ea nomina tracta Grammaticis
placet.

Nec verò ipse sibi vsquequaque Pandectæ constant. Nam
Sugrunda. & Sugruenda dicunt l. 5. in fin. D. de his qui de-
iecer. Rubr. de dam. inf. & sugr. In lexico autem B. Germa-
ni Sugrunda scribitur & exponitur ~~revera~~; Fulcrum item le-
cti & Fulcrum dici inuenio l. 52. §. vlti D. legat. libr. iii. l. 36.
D. de adquir. rer. domi. Sed enim ambigui generis dubit-
que conſuſionis ac declinationis nomina, ac verba in his
non pauca reperiſtre est veluti Concordia, & Concordium
neutro genere in l. 27. D. de paſt. dotalib. Alimonia alimo-
nia in l. 1. §. penult. D. de extr. cognit. & Alimonia alimo-
niorum in l. 73. D. de iure dot. l. 4. D. de liber. adgnosc. vt &
apud Varro. lib. i. de re Rust. ca. viii. In partu & alimonio. Et
libro iii. ca. xvi. melliſ alimonio. Lectus item & lectum in l.
19. § item Celsus. D. de auro, argēt. Papyr⁹ & papyrū il. 52. §
chartis. D. de legat. libr. iii. Denarii & Denaria. lege 13. §
leg. 20. §. 1. D. de verbo. oblig. Tegulae & Tegula tegulo-
dd ij

rum in l. 30. §. Labeo. D. de vſu capionib. leg. octaua D.
 quod vi aut clam. Castella & Castellian l. 41. §. item hoc
 prohibetur. D. de legat. lib. 1. Consortium, & Consortio cō-
 sortionis in lege 96. §. cum eodem. D. de solutionib. Quod
 verbum Velleius quoque Patrcul. lib. posteriori vſurpat,
 Ut & Tribuniciae potestatis consortionem Neroni consti-
 tueret. Alia etiam ex Lūcilio libro xix. & ex M. Tullio lib.
 iiiij. Officior. & ex Liuio deprompta testimonia Nonius
 Marcell. suppeditat. Præterea lupanar & lupanarium legi-
 mus l. 43. D. de ritu nupt. lege 21. §. sed si in aliquem. D. de
 recept. qui arbitr. lege 27. D. de petitio. hered. Exemplar.
 & exemplarium l. 47. D. de legat. lib. 2. l. 10. D. si quis om.
 cau. test. lege 18. D. testament. quemad. aper. lege 1. §. si quis
 in duobus. D. de bon. poss. sec. tab. Miliare & Miliarium l.
 42. D. de excus. tut. l. 1. §. initio. D. de officio præf. vrbi. l.
 4. §. t. D. de hered insti. Ac quemadmodum Gellius Vul-
 garem & Vulgarium ac Vulgariam dicit, ita nostri peculiaries
 res & peculiarias, peculiarem causam & peculiariam effe-
 runt, l. 4. §. vlti. D. de doli except. lege 4. § penult. D. de
 pecul. Temporalem denique & Temporariam actionem,
 Versicolorem vestem & Versicoloriam, Angularem locum
 & Angularium apud eos legimus. lege 9. §. si quis qui tempo-
 ratia. D. de iure iur. l. 55. §. vlti D. ad Trebellia. l. 1.. vlti . D.
 de aqua corrid. l. 70 D. de legat. lib. iiiij. l. 69. D. de contrah.
 empt. Item Du&atum aquæ & Du&ctionem l. 10. in fi. D. de aq.
 & aqu. plu. Incestus etiam & incestum apud eos inuenitur.
 l. 56. D. de ritu nupt. l. 39. §. vlt. & l. vlt. D. ad leg. Iul. de a-
 adulter. l. 4. & l. 5. D. de quætionibus. Coniunctio & coniun-
 ctus .91. §. vlti. D. de legat. lib. iiij. Mandatum & mandatus in
 l. 41. §. pater. D. de legat. iiij. l. vlt. in fi. D. pro empt. l. 2. D. de li-
 tigios. l. 42. D. de neg. gest. l. vlt. D. de solutionib. l. 22. & l. 16.
 D. de minor. l. 14. §. pen. D. de religios l. 25. §. vlt. D. de ex-
 cept. rei iud. Iussus & iussum in l. 25. §. iussum. l. 36. D. de adq.
 her. Eamdem in quibusdam verbis coniugationum varieta-
 tem atque inconstantiam notare licet. Nam Aedificare &
 Aedificete autores nostri dicunt. leg. 60. §. mandaui. D.
 locati. leg. 10. §. ultimo D. soluto matrim. Significare &
 significare in l. 65. §. 1. D. ad Trebellia. eadem figura, qua lu-

cripacere. Magnificiebat etiam leges in l. 1. §. penult. D. quod vi aut clam. Sed & Demoliri ac demolire usurpant l. 30. D. locati. l. 11. D. de viflft. leg. l. 37. & l. 43. §. j. D. de damno infec. l. 50. D. ad l. Aquil. Cuius varietates nouitatem mibi Diomedes lenijt, qui Demolire antiquos dixisse, prolatis in eam rem Varronis ex libris Poetices & Epistolicarum quæstionum & Næuij in Corollaria locis, comprobat. Illud etiam quando in huius verbi mentionem incidimus, no[n]andum est, Demolior non tantum activa, sed & passiva significatione à Iure-consultis usurpari. Ita demolita domus est, dixit Iauolenus in l. 23. D. de vsucaptionib. Et Demolitis ædibus, Vlpianus in l. 10. §. i. D. quib. mod. vsusfr. amit. Sic & alia multa, quæ acti- uam dumtaxat habere significationem vulgo creduntur, pas- siuè accepta in libris nostris, obseruaui. Veluti Tueri & Sti- pulari, de quibus libr. xvij. & libr. xviii. de verb. ad ius perti- nent, significat. diximus. Item polliceri in l. j. §. est autem. D. de exercitor. vbi Vlpianus, Aetio pollicetur, ait, id est, pro- mittitur. Necnon Oblivisci. Paulus in l. 60. §. penult. D. de ritu nupt. Per adoptionem in totum adoptiuæ familiæ obli- uiscuntur. Morari Papinianus in l. 5. §. j. D. vt legitor. nomi- cau. Si petitionis dies moraretur, pro retardaretur, & differ- retur. Paul. in l. 85. §. vlti. D. de diuers. reg. iur. Quotiens equi- tate desiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur. Ex- sequi Paul. in l. 18. D. de iurisdictio. omni. iud. Quæsitum est, an sententia exsequi possit. Vlpianus in l. 2. D. de re iud. Sed perraro intra statutum tempus sententiæ exsequentur. Popu- litari. Papirius Iustus in l. 21. in fi. D. de appellatio. Cum fru- etus Populitarentur ab aduersario. Et apud Liuium crebro populati ~~τάθηκα~~ ponitur. Interpretari. Julianus in l. 13. in fi. D. de reb. dub. Sed proclivior est sententia testatoris sic esse interpretanda Paulus in l. 12. D. de diuers. regul. iur. in testa- mentis plenius voluntates testantium interpretantur. Sic & apud Sucto. in Neron. cap. xiiij. Dein precanti tiara deducta diadema imposuit: verba supplicis interpretata pætorio vi- tro multitudini pronuntiante. Mentiri. Modestinus in l. 28. D. ad l. Cornel. de faf. Si à debitore prælato die pignoris obli- gatio mentiatur. Admetiatur etiam passiva significatione po- nitur in l. 35. pen. D. de contrahen. emptio. & l. 36. D. locati.

Sed & Actio moderatur, pro, modus actioni præscribitur, in l. 15. in fin. D. de negot. gest. inuenies. Et nomine quod cōficitur, pro, quod in confessio est in l. 15. §. sic quoque. D. de re iudic. Quinetiam Arbitretur, pro, Arbitrium teratur & sententia dicitur, ~~ταῦτη πάλιν~~ bis usurpatur in l. 27. §. si quis litigorum. D. de recept. qui arbitr. Et alias, Sumpctus, ait Vlpia. arbitrantur pro facultatibus & dignitate defuncti. l. 12. §. iumentus, D. de religios. id est, arbitrio boni viri definiuntur & estimantur. Idemque Vlpianus, verbo Patitur sic usus est in l. 11. §. vlt. D. de actio. empt. Bonæ fidei, inquiens, contractus hac conuentione non patitur, id est non patitur neque admittit hanc conuentionem. Funerari etiam passiuè accipitur, & sepeliri significat in l. 17. D. de reb. auet. iud. possid. & in l. 8. D. de sepul. viol. & apud Paul. lib. v. Sentent. titul. xxvij. juncta l. §. D. ad leg. Iul. de vi pub. Contestetur lis, passu è in l. 1. in fin. D. de ferais. l. 3. §. penult. D. de sepult. viol. l. 7. versic. ita demum. D. de petitio heredit. Complectitur quoque, pro, comprehenditur. Scruola in l. 133. D. de verb. oblig. Nam sicut & ipsius heredis caput, ita ipsius vis vel saepius facta complectitur. Vlpianus in l. 3.. sed illud. D. de appellatio. Et quorundam, ait, nomina libellis sint complexa. Sic in l. 30. §. in furiosi. D. de fideic. libert. Decretum interponetur, quo id ipsum complectatur, id est, contineatur & comprehendatur. Postremo & Fenerari pecuniam ab aliquo, pro, mutuam accipere Paul. dixit in l. 35. D. de solutionibus.

Iam, ut ad nomina veniam, oorum in numero multitudinis genitios complures à communi sermone pronuntiatione que abhorentes in nostris libris vel minus attentus lector deprehendet. Nam Mensum semper, non item Mensium scriptum inueniet l. 40. D. si certum petatur. l. 7. §. ex contrario. D. solut. matrimo. l. 2. D. quando actio de pecul. l. 60. D. de legat. lib. iij. l. 5. §. satisfactionis. D. vt in poss. legat. l. 7. §. usurpæ. D. de adm. tut. l. 10. D. de diuers. reg. iur. Quo etiam modo in Codice Theodosii idem genitius scribitur *vbi* cum q̄is occurrit, vt l. 10. de appellatio. & l. 4. C. de reparationib. appellatio. probant. Deinde nominum horum, Ciuitates, Hereditates, Quantitates, Facultates, Aestates, Seruitutes, Parentes, haec semper genitiui eduntur, Ciuitatum l. vlti. §. episcopi.

D.de muneric. & honorib.l.23.§.vlti.D.de oper.libert.Hereditatium.l.3.D.de legit.tutorib.& in inscriptione l. 68. D.ad l.Falcid.aliarumq; similium.Quantitatium in l.vlti.infin.D.quod met.cauf.Facultatum in l.78.§.1. D.de lega.lib.iiij.Ælitatum l.1.§.xstatem.D.de aqua cottid.Scrutitium in l.6.§.etiam.D.si seruit.vindic.& l.72.D.de verb oblig.Paren-
tium in l.34.§.penult.D.de ritu nupt.l.penult.D.de sponsælib.Bubum etiam dicunt Iureconsulti pro boum,& Duum
pro duorum & Edulium pro eduliorum.l.55.D.de legat.iiij.
l.7.§.vfluræ.D.de adm.tut.l.6.in fi.D.de offic.procons.

Sunt etiam in iisdem Pandectis quædam contra tritū mo-
rem litterarum incremento producta vocabula. Nomencu-
lator enim illie dicitur qui alis in libris Nomenclator, ut su-
prà lib.xij.probaui. Vberitas item pro Vbertas in l.15.§. Papi-
nianus. D.locati.Facilitas, pro, Facultas.l. 3. in fi.D.de ap-
pellatio.Figulinæ pro figlinis.in l. 6. D. de seruitutibus tu-
stic.Secutio , pro , Sectio in l.85. D. de verbor. obligatio.
Ducitum, pro, Ductum in l. 1. D. de test.mili. Validè, pro,
Valde in l. 27. D. qui testam. fac. poss. vbi. validè stultam.
Celsus dixit, sicut validè sapientem Vlpianus in l.4. §. Idem
Pomponius. D.de adilic.ed. Contra Lamina, pro, Lamina
in l. 127. in fi. D.de auro,argent. Domna,pro, domina in l.
38.§. Lucius. D.de legat.libr. ii. Calda,pro, Calida in l. 19.
§. illud nobis.D.locati.

Potro casus plerumque à receptis Grammaticorum regulis
alienos verbis & aduerbiis Iure consulti adneftuant. Sic ver-
bum contingo datiuo iungunt, qui ablatiuo secundùm Grá-
mmaticorum traditiones locata deberet. Ita promissione con-
tincentur, legimus in l. 57. D. de iure dot. Et aliás. Condi-
tioni continentur. l.41.§.Stichus. D.de fideic.libert.vt & a-
liás.Omnes casus qui huic stipulationi cōtinētut.l.3.D.vſuf.
quēadmo.cau.Similiter in l. 2. D.ex quib cauf.maio. Hoc
edictū,quod ad eos,qui ei continentur.Et in l.3. §.ligna. D.
de penu leg. Penori legato cōtineātur. Veribū etiā Cōtētus.
datiuo copulant. Vnde,yni contentus esse debet, aiunt in l.
8. §.1. D.de legat.libr.ii.Et Contentam esse doti in leg. 61.
D.de hered.initit. At in leg. trigesima septima. §. nuptura.
D.de legat.iii.Popularius dicunt Contentus partis dumadi-

